

# Titulus XCIII.

297.

## Mendacium


Est voluntaria locutio contra mentem, seu, ut S. Augustinus loquitur; est falsa vocis significatio cum intentione fallendi; eius tria sunt genera, juxta S. Thomam 2.2. q. 110. a. 2. quodam sunt (inquit) pro salute & commodo alicujus, & hoc vocantur mendacia officiosa; aliud est genus mendacii, quod fit joco, & hoc Jocandum mendacium dicitur. tertium genus est, quod fit ex malignitate, & hoc Perniciosum mendacium appellatur: hoc que ultimum magis & minus grave est juxta proportionem damni quod operatur, jta Angelicus

S. Scriptura.

S. Scriptura.

eccl: 20. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore disciplinatorum assidue erit indisciplinatorum assidue erit, Eccl: 4. Non est scientia Dei in terra, male dictum, & mendacium, & homicidium, & furtum innumeraverunt, Ps: 18. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax, jer: 8. a propheta usque ad sacerdotes cuncti faciunt mendacium, Ps: 9. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, Ps: 12. Diminute sunt veritates a filiis hominum, Prov: 6. Sex sunt quae odit Dominus oculos sublimes, linguam mendacem. . . . proferentem mendacia testem fallacem, Sap: 1. os quod mentitur, occidit animam, Eccl: 20. Polior fur, quam assiduitas viri mendacis, Prov: 20. Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os ejus calculo, Apoc: 14. Hi emphasi sunt ex hominibus primitia Deo & Agno: & in ore eorum non est inventum mendacium, sine

ex Sacra Scriptura.



292.  
macula enim sunt, & c. 12. *Fors canes, & venefici,*  
& impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis  
qui amat & facit mendacium, *Prov: 7. Non decet*  
*stultum verba composita, nec Principem labium me-*  
*tians,* &

ex *Patris.* *S. Hi: 2. 2. q. 11. a. 2. Interest quemadmodum verbum*  
*procedat ex animo, quia ream linguam non facit nisi*  
*rea mens, S. Bern: Sen: de Mendacio a. 1. c. 3. Quisquis*  
*aliquod genus mendacii putaverit non esse peccatum,*  
*decipit turpiter semetipsum, cum honestum esse decep-*  
*torem aliorum arbitretur, S. Aug: de Doct: Chris: Aut*  
*igitur iniquitas utilis est aliquando, quod fieri non po-*  
*test, aut mendacium semper inutile est, S. Basil: l.*  
*de Spir: S. in proem: Rerum omnium potentissima*  
*est veritas, & extrema malitiæ linea mendacium,*  
*S. Aug: l. de mend: ille mentitur qui aliud habet in*  
*animo, & aliud verbis, vel quibuslibet significationibus*  
*enunciat: unde etiam duplex cor esse dicitur mentientis,*  
*id est, duplex cogitatio, & in Serm: de Abrah: Non so-*  
*lum in falsis verbis, sed in simulatis operibus est*  
*mendacium, S. Bern: Sen: to: 1. ser: 31. a. 2. c. 7. Corrup-*  
*tiõ significationis, quæ ex mendaci lingua procedit,*  
*est corruptiõ totius communicationis humanæ. . . .*  
*ergo mendacium causa est innumerabilium scele-*  
*rum & malorum, & de Mend: to: 3. O! mendacium*  
*perniciosum & nequam! O maledictum mendacium!*  
*per te primos parentes nostros, & cum eis totum hu-*  
*manum genus ad temporales & æternas miseras lu-*  
*cifer ille mendax prostravit, S. Ansel: in 2. Cor: 21.*

Quando mentem falsitas possidet, tunc serpen-<sup>293.</sup>  
tam possidet; Hugo Card: ad illud Eccl: 20. Potior  
est filius, id est, minus malus: sur enim potest restituere  
quod abstulit, scilicet pecuniam; mendax autem non  
potest restituere quod reulit, pacem cordis sui, & famam  
proximi; S. Hier: Ep: 37. Antiquus sermo est: menda-  
ces faciunt, ut nec vera dicentibus crebatur.

Puer novennis alias jussu Patris inani occidendus *Exempla.*  
ni mendacium in sua inadvertentia excusationem di-  
ceret, hoc suaderibus domesticis respondit: praeat ca-  
di, quam mentiri. Joan: Cordi in famul sand: p. 2. t. 3. §. 11.

Mendici duo, quia convenerant, ut alter mortuum  
se simularot, alter a S. Epiphania stipem pro sepultura  
peteret, sic Deo permittente puniti sunt, ut, qui mortuum  
se simularat, verè mortuus sit reperitus. Hieroph: apud Brasili.

S. P. Ignatius tantoperè mendacium fugiebat, ut  
quo longius ab eo recederet, ab omni exaggeratione, su-  
perlativo, equivocatione sollicitè absterneret. vit. l. 5. c. 2.

Trajanus adeo conversabatur mendaces, ut hujus cri-  
minis convictos in navem sine velo & remis destrudi, al-  
toque mari committi jussit. Praedag: Christ: p. 1. c. 5. §. 7.

Homo mendax similis est horologio aliter sonanti *similia.*  
aliter signanti horas, & sicut falsarius monetam adul-  
terans, quæ de uno in alium veniens plures decipit;  
vel ut mercator iniquus, qui diminutis uthur ponderi-  
bus & mensuris: Mendaciu verò, ut plurimum, ex lo-  
quacitate & scurrilitate nascuntur, sicuti ex ferro &  
lapide ignis excutitur, ut ingeniose adverteit Climac:  
in scala gradu 12.

Hoc vitium Deo maxime exorn, nisi hominis, *Motiva.*

inimano que commercio contrarium est, nec non diaboli inventum ac proles, immo turpissimum & infame, Dei filium, Christianum, merumque rationalem debecens, unde & pro omni casu illicitum, quia semper Dei offensivum & aeternae veritati oppositum.

Conclusio.

Plinius in Panegyri: mendaces appellat abominandas victimas Reipublicae tranquillitati consecrandas. & Veteres mendacium repraesentarunt Exopserpentis venenum eructantis, sphaerae incubantis, ferreum que diadema in capite gestantis, ut ejus vitii denotarent inconstantiam & volubilitatem, ut sphaera, ac tyrannidem in subditos per ferri duritiam indicarent.

Auctores.

Busaeus, Drexelius, Marchant, D'Oucreman, Faber, Engelgrave, Langius, Saurrolhius, Mansi, &c.

## Titulus XCIV.

### Minimorum cura

Definitio.  
& Divisio.

Est studium diligens ac providum rerum minimarum, sive declinandarum, cum perfectioni nocent: sive complectendarum, cum prosunt. Ita Julius Nigronus hic ubi simul & descriptione, & divisionem rei complexus est, curam declinandi, & curam complectendi sent quarandi denotans.

ex Sacra  
Scriptura.

Eccl: 29. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. Matth: 25. Quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Pro nihilo (id est pro minimo) salvos facies illos.



2 Cor: 4. Quod in presenti est momentaneum & 298.  
leve & aeternum gloriae pondus operatur in nobis,  
cant: Soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in  
uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui, Eccl: 19  
Qui spernit modica paulatim decidet, Eccl: 7. Qui ti-  
met Deum, nihil negligit, ☉

S. Hier: epist: ad Celant: Nescio, an possimus leve ex Patribus.  
aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum ad-  
mittitur; est que ille prudentissimus, qui non tam con-  
siderat quod iussum sit, quam illum qui iusserit, nec  
quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignita-  
tem, S. Ambr: 1. 1. offic: c. 10. In minimis probationum est  
conflictibus, quam viriliter in maiore certamine sta-  
re possimus, S. Bonav: in Prologi spec: disc: Non mi-  
nimum est contemnere minima, quae non minimam  
moribus maculam eo turpius neglectu habita inge-  
runt, quo vitari facilius cognita poterunt, S. Greg:  
6. 2. mbr: c. 9. Si curare parva negligimus, insensibi-  
liter seducti, etiam maiora audenter perpetramus,  
S. Bern: ser: de conv: S. Pauli: Nemo dicat in corde suo  
levia sunt ista, non curo corrigere: haec enim, dilectis-  
simi, impaenitentia est: haec blasphemia in spiritum  
S. haec blasphemia irremissibilis, S. Basil: orat: 6. ex  
collect: Qui diligenter ex unaquaque re fructum de-  
cerpunt, ut perinde ac magnis fluminibus, multae ex  
omni parte accessiones fieri consueverunt: nam modicum  
modico apponere, ad amplitudinem valet, S. Chrysost:  
ho: 42. in gen: Mos Dei est dare magna pro parvis:  
qui non, quantum datur, consuevit attendere, sed volun-  
tatis

296. tatis largitatem, & ob hoc etiam parva magni faci-  
cit; S. Ep. Ser. de pen: *Justi parvis actionibus ma-  
gis Deum placant, ac fleunt, præ nonnullis, qui mil-  
ta faciunt: non enim Deus invehit quod fit, sed quo  
quid studio ac propensione peragatur. Præstat pa-  
rium auri multis plumbi libris,* ①

Exempla. Quidam Religiosus, cum oblitus micæ in mensas  
colligere, eas post mensam collegisset, & ad culpam dic-  
tam Superiori ostendere vellet, eas subito in pretiosas  
uniones conversas reperit. apud Mosimum Exemplar sine citatōne

S. Franc. Xaverius dicere solebat: *Nemo se ipsum  
fallat, non potest quispiam in rebus magnis excellere, qui  
non prius excellat in parvis: qui enim parvo oneri fe-  
rendo non sit, multo minus magnum est laturus.* 1. 3. ep. 1.

*Murmecides quadrigam ex eodre, quam musca alis  
tegeret, & navem, quam apicula pennæ absconderet  
fabricavit, Plinius 1. 7. c. 21* ②

Similia. *Minima sunt ut granum synapis, quod minimum  
est in semine, & maximum deinde in oleo, vel ut fluvii  
origo per exigua, quæ processu in amplum excrescit  
flumen, minima vero neglecta, sunt ut scintilla ex  
quibus neglectis magnum excitatur incendium, ut  
parva stillididid, unde tandem tota domus corrui-  
t, ut tinea quæ sensim grande foramen aperit, ut gut-  
ta quæ continuata, ipsos cavat lapides,* &c.

S. Cyrillus in illud Christi: *vestri capilli capitis om-  
nes numerati sunt, quia capilli, inquit, & capitis pi-  
li, nisi minutissimas actiones significant, quas Deus  
exacte observat, ac præmiat.* Atque ad intentum

Parva necat morsu spatiosum Viperæ Taurum,  
A cane non magno saepe tenetur Aper

Julius Nigronus tract: de Cura minimorum, Nicol. Auctores  
Lancizius, Alphons: Rodríguez, Adrian: Lyrens,  
Paulus Barry, &c.

## Titulus XCV.

### Misericordia erga vivos

Est virtus, quâ dolemus & tristamur de miseria. <sup>Definitio.</sup>  
proximi, quam si possumus ab ipso depellimus ei  
subveniendo. Dividitur communiter in spiritua- <sup>Divisio.</sup>  
lem & corporalem, cujus utriusque actus, satis no-  
tos ex Catechismo, aptè complectuntur sequentes  
versiculi.

Corporal: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. <sup>Actus.</sup>

Spiritual: Consule, plecte, doce, solare, remitte, fer, ora.

Eph: 4. Estote invicem: benigni, misericordes, donantes invi- <sup>ex S. Script:</sup>  
cem, sicut & Deus in Christo donavit vobis; 1<sup>o</sup> Th: 4. Si mul-  
tum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi  
fuerit, libenter impertiri stude, Prov: 24. Erue eos,  
qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interit-  
um liberare ne cesses, Matth: 18. Nonne ergo oportuit  
& te misereri consensu tui, sicut ego tui miseris sum?  
Jac: 2. iudicium sine misericordia illi, qui non facit mi-  
sericordiam, Ps: 40. Beatus qui intelligit super egenum  
& pauperem, in die mala liberabit eum Deus; Prov: 11.  
Benefacit animæ suæ vir misericors, &c. 28. Qui dat  
pauperi, non indigebit; qui despicit deprecationem, sustine-  
bit penuriam; Coloss: 3. induite vos ergo, sicut electi  
Dei, viscera misericordiæ, isa: 58. Frange esurienti

panem tuum, & egenos vagos que induc in domū  
tuam, cum videris nudum, operi eum ... tunc invoca-  
bis, & Dñs exaudiet, Luc: 3. Qui habet duas tunicas  
det unam non habenti, Eccl: 7. Non te pigeat visi-  
tare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis,  
Job: 12. Quando mortuos per diem abscondebas in do-  
mo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tu-  
am Dño, & Matth: 25. à v. 34. usque ad finem, cum  
in iudicio dicet Rex: Venite Benedicti &c. Ne male-  
dicti, &c.

ex. Pariter

S. Aug: in Ps: 147. Superflua civiti necessaria sunt  
pauperi: aliena retinet, qui ista tenet. Hugo de tri-  
bus volunt: anim: Differunt misericordia & misera-  
tio, sicut fons & rivulus: misericordia enim est quasi  
fons affectus, miseralio quasi rivulus, S. Leo ser: de  
Collect: 3. Etsi non est omnium equalis facultas, debet  
esse par pietas, quoniam fidelium largitas, non de mu-  
neris pensatur pondere, sed de benevolentia quantitate,  
& in ser: de Appar: Quamvis aliquis fidelis sit, castus,  
& sobrius, & aliis majoribus ornatus insignibus, si mise-  
ricors tamen non est, misericordiam non meretur, S.  
Chrysost: ho: 33. ad pop: A gehenna vos nemo eruet, nisi  
a pauperibus auxiliū consequamini ... & neque vive-  
re nos putemus, per id temporis, quo non miseremur, S.  
Aug: ho: 47. ex: 50. Unde semper flagellamur in flagitiis,  
quia bene egentibus non facimus, Salmeron to: 5. tr: 7.  
ut amor ob excellentiam non plene rependitur, nisi amore,  
ita misericordia nostra obsui præstantiam non pensa-  
tur,



tur, nisi Dei misericordia, juxta illud: *Beati misericordis* <sup>299.</sup>  
*dic* S. Chrysol: ho. 8. *Per misericordiam pauperum mi-*  
*sericordiam paremus, ut possimus esse de pana liberi de*  
*salute securi* S. Ambr: *Omnis summa Christiana disci-*  
*plina in misericordia & pietate est* S. Greg: Nis: l. de  
*Beati: Si misericordis appellatio Deum decet, ad quid*  
*aliud te sermo Christi hortabitur (cite misericordes ecc)*  
*nisi ut Deus, fias tanquam insignitus propria nota*  
*deitatis* Cassiod: in Epist: *Sola misericordia est, cui*  
*omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant* S.  
Greg: l. 19. mor: *Tanto quisque perfectior est, quanto per-*  
*fectius sentit dolores alienos* S. Th: 2. 2. q. 35. a. 4  
*Tanto aliqua virtus est melior, quanto facit hominem*  
*Deo similibrem; at hoc maxime facit misericordia*  
Zionys: Carthus: apud Mansi: *Nullus adeo pauper est,*  
*qui possit se de misericordia operibus excusare, cum*  
*regnum Calorum porrectione calicis aqua frigida pos-*  
*sit mercari, imo solo affectu, si desit aqua* S. Ambr: l.  
de Mabo: c. 13. *Quid miser iudici respondebis? parie-*  
*tes vestis, hominem non vestis? equos phaleris ornas, fra-*  
*trem tuum saceris amicum pannis aspernas?* Bellou:  
spec: mor: l. 3. dist: 4. *Memento te victorum tanquam* <sup>Hebr: 13.</sup>  
*simul vincti, verbis, epistolis, & ad vitam necessariis*  
*eos iuvantes* Abulens: in c. 25. Matth: *Cum ager videt*  
*alios sibi condolere, iudicat minus esse malum suum,*  
*quia aliquis est, qui pro eo doleat* S. Aug: s. 172. de temp:  
*in omnibus peregrinis Christi excipit, sicut ipse*  
*dixit: Hospes fui, & suscepistis me (Matth: 25)* S. Ambr:  
*si viantes ad longiora in domum reducere solemus,*

quanto magis debemus operire defunctos in illam  
 terram profectos, unde jam non revertuntur? ~

exempla. Andreas Fesulanus episcopus ita fuit benignus  
 & liberalis in pauperes, ut omnium nomina descripta  
 teneret, ut subveniret, nec eos sine lacrymis aspicere  
 posset. Spec: Episc: Synop: sign: Ed. n. 4.

S. Gregorius, quia scutellam unicam, quam à Matre  
 missam habebat, Angelo sub specie pauperis mendicanti  
 obtulit, promoveri ad dignitatem Papalam meruit. Spec: Exemp:

S. Radegundis Regina leprosis mulieres non modo  
 mensa adhibuit, sed etiam osculabatur, adluebat, ungebát  
 ulcera, & recedentibus auri, vel vestimenti donaria ofe-  
 rebat. Suri: to 4. 13. Aug: ~

S. Eutychianus Papa manu propria 342. Martyrum  
 corpora sepultura donavit. Martyrol: Rom: 8. Dec: ~

S. Franciscus Lopez Soc: Jesu ter a mendico slipem ro-  
 gatus, cum nil haberet, sua toga partem dedit. Aliàs  
 cum mortuam feminam nudam reperisset, exuto suo  
 texit indusio. Sit: Atyop:

P. Raymundus Verderius ingruente lue in Collegium  
 Burdigalense, procumbens in faciem magno affectu rogavit  
 Deum, ut aliorum exitum in suum caput converteret. Di-  
 xit, aegrotavit, obiit, ceteris omnibus salvis remanenti-  
 bus. Ann: Pro: Aquit: 1547. ~

Aristoteles refert, quod cum delphini pisces maris mo-  
 riuntur, alii vivi conveniunt, & eos in fundo maris sepeliunt:  
 usque adeo Bruta ipsa mutuum nos docent benevolentia  
 & amoris exercitium. Arist: de nat: animalium ~

similia. Sicut membra materialis corporis se invicem juvant,  
 sic & debent mystici membra corporis; & sicut natura, ele-  
 menta

menta, cæli & astra sublimaribus omnibus æque iu-  
 ta cuiusvis dispositionem & necessitatem inserviunt p̄to  
 pro sua virtute, ita debent homines superiores, divites  
 & erga proximos inferiores, egentes & se gerere  
 ad Sectandam Misericordiam nos debet impellere, quod *Motiva.*  
 quidquid egenis datur, id sibi datum Christus referat. qđ  
 deus sua liberalitate nos provocat, & ipsa nobis ingerat mi-  
 sericordiam natura, & quod hæc virtus optimū sit  
 ad peccata delenda medium, & ad gratiam a Deo & inde  
 gloriam obtinendam efficacissimum, nec non & interim  
 ad temporalium bonorum augmentum, ut docet experi-  
 entia. Hinc in pauperibus Christum intueamur, & *Media.*  
 misericordiam tot excellentiis & fructibus secundam  
 magni faciamus, ejusque opera, servato eorum & Cha-  
 ritatis ordine, constanter, hilariter & indifferentem  
 exerceamus, ut & cum dederimus, detur nobis (Luc. 6) ac-  
 centuplum, in æterna vita nobis retribuatur (Matth. 19) ubi  
 qui hic parce seminaverit, parce & metet; sed qui hic de  
 benedictionibus seminaverit, de his & ibi metet (2. Cor. 9) nā  
 Faneratur Dño, qui miseretur pauperis, (Prov. 19) Quare  
 dicebat Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor;  
 quis scandalizatur, & ego non iror; & cum S. Job ab in-  
 fantia crevit miserratio & cum eo egressa est de matris  
 utero. (Job. 31). Miniamus verbis S. Joannis Chryso-  
 stomi hoc deducit: viduis sic loquentis: Sunt qui pos-  
 sunt facere eleemosynam, sed nolunt; sunt qui volunt  
 & non possunt; sunt & qui volunt & possunt, sed differē-  
 do non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret, ut &  
 velit

362. velit; & qui vult facere, oret, ut & possit; & qui utroque  
paratus est, det operam ut misericordiam instanter  
efficiat, ne quod vult & potest, differendo non compleat.

Auctores. Franc: Arias, Drexelius, Rosignolius, Pet: Sanchez  
Canisius, Busæus, D'Outreman, Mansi, &c.

## Titulus XCVI.

### Misericordia erga Defunctos

Definitio. Est virtus, qua quis Defunctorum miseras ex sin-  
cero compassionis affectu sublevare satagit. Dividi-  
tur item in Corporalem, quâ mortuorum sepe in hunc  
corpore; & spiritualem, quâ eorum animis in purga-  
torio detentis subvenitur Orationibus, elemosynis,  
sacrificiis, jeuniis, indulgentiis, aliis que satisfactio-  
nibus eo fine applicatis.

ex sacra  
Scriptura.  
Thren: 2. Leva ad Deum manus tuas pro anima par-  
vulorum tuorum, qui defecerunt; Prov: 6. Discurrere, fes-  
tina, suscita amicum tuum; Job: 19. Misere mini mei,  
misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dñi  
feligit me. Quare persequimini me sicut Deus, & car-  
nibus meis saturamini; Eccl: 3. Cor durum male ha-  
bebit in novissimo; 2 Mach: 12. Sancta ergo & salubris  
est cogitatio pro Defunctis orare, ut a peccatis solvan-  
tur, Luc: 6. Facite vobis amicos... ut enim defeceritis  
recipiant vos in æterna tabernacula; Eccl: 7. Mor-  
tus non prohibeas gratiam; Job: 4. Panem tuum, &  
vinum tuum super sepulchram constitue; &  
ex Patribus. S. Aug: 8. 44. ad Ps. in eremo. Festinate orare pro defun-  
ctis ecclesie, ut & ipsi festinent procurare, ut ipsis in gloria



conjugamur; S. Th. Supplem: p. 7. a. 3. ad 3. Magis ac-  
 ceptatur sacrificium pro mortuo, quam pro vivo; quia  
 magis indiget, cum non possit sibi auxiliari, sicut vivus  
 potest; S. Bernard: to: 4. s. 17. extrav: 1. p. Quem ad mo-  
 dum cum homo dolet pedem, vel manum, aut oculum,  
 caetera membra languent, ita debet esse, aut fieri circa  
 animas purgatorii; Carth: ep: ad Doct: Meol. Colon: Om-  
 nino extra viscera exultat charitatis, qui sua negligen-  
 tia miseras amicorum suorum animas in purgatori  
 flammis ardere permittit; Cajet: q: 5. de indulg: Qui  
 in hac vita defunctos oblivioni dant, alienos in iudic-  
 ti omnium suffragiorum ibi in purgatorio crediderim,  
 quamvis missa hic pro eis fuerint; Divina ulciscente iusti-  
 tia huiusmodi duritiam cordis, atque injuriam; S.  
 Aug: s. 44. ad Th. Scias, & indubitanter credas, quod  
 licet pro defunctis beatis, vel damnatis obsecres, bona  
 que pro talibus facis, non amittis: oratio enim tua in  
 sinu suo convertetur; Martburg: apud Mansi t: 9. s. 4.  
 Qui pro defunctis orat, septem misericordia opera  
 eis impendit; S. Amor: de Offit: Omne, quod defunctis  
 causa pietatis impenditur, in nostrum tandem meritum  
 transmutatur; & illud post mortem centuplum recipimus  
 duplicatum; Cersen: ser: 1. de Defunct: Talis oratio sem-  
 per suum habet effectum; & obligat aequaliter in pur-  
 gatorio existentes ad par referendum postquam fuerint  
 in paradiso;

¶ Quae quidam, dum super sepulchro matris oratio - *Exempla.*  
 nem suam, & Psalmum Miserere recitat, visus est ad

Episcopo, hamo aureo, & linea argentea pulcherram  
mulierem extrahere. Spec. Exempt. 367. 9. ex. 143. 9

Quidam vir pius vidit in agone decies mille sanctos,  
ad se venientes, qui dicebant se per ipsum e purgatorio  
liberatos fuisse, atque adeo ad ipsum nunc consolandum  
venisse. Pictus. 1. de statu animi. 9

Cum in Paraguaría. vltim incendium a ventis undique  
dilataretur, incolæ novem sacra pro animabus purganti-  
bus voverunt, & ecce mox venti cessarunt, ignis que ex-  
stinctus est. Ann. Societ. 1639. 9

S. Catharina Senensis, postquam parentis animam do-  
loribus & precibus solatis liberasset, sepius ab illa visitata  
de demonis insidiis instructa, de arcanis vite alterius edoc-  
ta magnum ad vitam & mortem sanctam emolumentum sensit.  
L. Vadari in anno morient. heddom. 22. v. 4. 9

S. Pignatius animarum purgantium iuvandarum  
desiderio incitatus instituit in patria sua, ut quolibet suo  
meridie signum daretur ad orationem pro defunctis. glor. sign. 10

S. Ferdinandus de Monnarri, prius quam moreretur om-  
nes Missas & pia opera, quæ post ejus obitum pro eo per to-  
tam Provinciam offerenda erant, animabus Purgatorii  
dono dedit, & hanc voluntatem litteris consignavit. Syll. Prou.  
Pernarri. 21. Sept. 1624. 9

similia. Sunt animæ Purgatorii, ut captivæ, carcerata, oppre-  
ssa, igni injecta, quæ a nobis liberari, solvi, extrahi, &  
orari enixe postulant, quod precibus, suffragiis, sacrificiis,  
& satisfactionibus prestare nos expedit quasi hamis, cla-  
vibus, solutionibus, & refrigeriis. 9 & quidem hoc opus  
Deo gratissimum, ipsis animabus acceptissimum, & no-  
bis est utilissimum; insigne est pietatis, Charitatis, &

miseritordia exercitium, quod vel in hac vita magnam  
habet a Deo ~~per~~ animarum intercessionem retributionem,  
sic que alicui modo verificabitur de nobis illud Chris-  
ti ad Apostolos (Matth: 4.) faciam vos piscatores hominum  
& illud Ps: 77. Mandavit nubibus desuper, & januas celi  
aperuit, & Malach: zacharia vichim: in sanguine testa-  
menti tui emisisti vinctor tuos de lacu, &c.

Jac: Mercfordus tract: De misericordia erga animas Auctores.  
Martinus de Roa, Ludovicus Abries in Purgatorio Catho-  
lice aserto, Elias a d<sup>o</sup> Theresia in Legatione animarum,  
Faber, Macias, Theophil: Freunaudus to: 15., Hieron:  
Meazza, Jac: Hauhinus in Patrocinio Defunctorum,  
Jos: Mansi tr: 16. in Discursibus.

## Titulus **XCVII.**

### Modestia

Est virtus, qua externa hominis membra, & actiones  
iuxta status cuiusque decentiam moderatur. Dividi po-  
test in exteriolem quae gestui & ornatui modum ponit,  
& interiolem, quae infernas animi motus temperat.  
Illa ad omnia corporis membra, se extendit; ista, circa om-  
nes animae potentias & internos sensus versatur.

Definitio  
& Divisio.

Phil: 4. Modestia vestra notasit omnibus homini-  
bus, 1. Thess: 4. Operam detis ut quieti sitis, & ut ho-  
neste ambuletis ad eos qui foris sunt, Prov: 22. Finis  
modestiae timor Dni, divitiae & gloria, & vita, 1. Pet: 3.  
Cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam,  
ut in eo quod detrahunt confundantur, qui calumnian-  
tur vestram bonam in Christo conversationem, Eccl: 19.  
Ex visu cognoscitur vir, & ab occursum faciei cognosci-  
tur sensatus: amictus corporis, & risus dentium, & ingre-

ex 5. Script:

sus hominis enunciat de illo, Coloss: 3. induite vos  
sicut electi Dei, sancti & dilecti viscera misericordie,  
benignitatem, humilitatem, modestiam, 1. Cor: 13. Quā-  
do autem factus sum vir, evacuavi, quia erant par-  
vuli, ~

ex. 22.

S. Aug: in reg: In omnibus motibus vestris nihil fiat  
quod cuiusquam offendant aspectum, sed quod vestram  
deceat sanctitatem, S. Ambr: 1. 1. offic: Motum natura  
informet, si quid sane in natura vitii est, industria e-  
mendet, Aug: 1. de discipl: mon: Temperanda est etiam  
facies, & modificanda in gestu suo, ita ut nec proferve ex-  
asperetur, nec mollior dissolvatur, S. Hier: epist: ad Ro:  
speculum mentis facies: & taciti oculi mentis fatentur  
arcana, S. Greg: 3. Past: c. 24. Invis est custodia, qua  
servat exterius membra: qui ergo statum mentis perdi-  
dit, foris in inconstantiā motionis fluit, atque exteriori  
mobilitate indicat, quod nulla interiori radice subsistat,  
S. Ambr: 1. 1. offic: c. 18. Animi vox est corporis motus,  
S. Ansel: in medit: c. 5. Serva corpus huius & membra  
ea dignitate qua decet: Oculi huius, oculi Christi sunt;  
non igitur licet tibi oculos Christi ad vanitates diri-  
gere, os huius, os Christi est: non debes nec ad otio-  
sos sermones aperire, S. Vincent: de vit: spir: c. 5. Non  
poteris animam unquam ab inordinatis contubernare, nisi  
prius stitueris corpus huius subire disciplina, ipsum  
restringendo, non solum ab omni actu, sed etiam ab om-  
ni motu incongruo & inepto, S. Greg: Naz: epist: 193.  
Vbi Christus, modestia quoque est ~

Exempla.

S. Bernardinus Senensis tanta erat modestie, ut



sodales ad eius adventum, vel hac sola voce Bernardini adest, ad gravitatem se componerent. vit. 5

S. Lucianus M. sola oris modestia etiam ferocientes homines ad cultum religionis adducebat, ita ut Maximianus tyrannus ad se vocatum inhieri non sit ausus, ne, ut alii, eius modestia caperetur, & Christianus fieret; sed eum velo interposito sibi allocutus. apud Saneiz.

Vir quidam nobilis, visa Astorum in templo modestia, adeo nobis addictus factus est, ut domum redire iam confectum resciderit testamentum, & sua omnia collegio destinavit. Ann. Soc. 1635 ~

Corpus ut cortex animæ, huius exteriora, exter- similia.  
no motu indicat, sicut speculum representat, ut horologii index demonstrat; & sicut fructuum a colore & odore cognoscimus maturitatem, sic ab exteriori apparentia, inferimus internam virtutem, à raro per fenestras aspectu virginis honestatem, &c.

Ex quibus facile est media ad hanc virtutem acqui- Motiva.  
rendam eruere, nempe, Dei presentiam, & sensum pervigilem sectando custodiam, nec non & eiusdem virtutis pulchritudinem, æquitatem, dignitatem, Motiva.  
iucunditatem, ac necessitatem cum utilitate considerando, ita ut, qui nos viderint, glorificent Patrem nostrum, qui in cælis est (Matth. 5.) & ex consilio Apostoli (1. Cor. 14.) Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in nobis; quo nil tam congruum Christiano, ut habet S. Bernardus, nobis in modestia exemplar proponens Virginem Mariam, quam & merito S. Ambrosius l. de Virg: speculum vocat in quo refulget

omnis forma virtutis: ei (inquit) Idem S. Doctor) non gestus fractior, non incessus solutior, non vox pehulantior, nihil in verbis procaz, nihil in actu inuerecundum, ita ut ipsa corporis species simul sacrum fuerit mentis, figura probitatis) tantam pro posse emidemur modestiam

Auctores. Alphonsus Rodriguez, Joan. Peleusius de officiis Relig: c. 16. & seq; Stexelius, Lancizius, Busæus, Julius Habins, S. Dorotheus ser: 2.

## Titulus XCVIII.

### Mors

Definitio. Est juxta Aristotelem recessus animæ a corpore, vel caloris naturalis dissolutio. Mors a morsu dicta est, teste Aug<sup>o</sup>, ut introducta per morsum Protoparentis in pomum vetulum. Alia est naturalis quæ ab interno principio; alia violenta quæ ab agente extrinseco homini provenit: ultra que vel bona vel mala est pro ut status anima fuerit vel gratia, vel letalis peccati non delecti.

ex S. Script: 2. Reg: 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur, Ps: 88. Qui vest homo qui vivet & non videbit mortem? Rom: 5. Per peccatum mors: in omnes homines mors pertransiit, ex quo omnes peccaverunt, Sap: 7. Unus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus, Eccl: 41. Noli meliøre iudicium mortis; momento quæ ante te fuerunt, & quæ superventura sunt tibi. 1. Thes: 5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, Eccl: 9. Nescit homo finem suum, Eccl: 14. Memor esto, quia mors non tardat

Jac: 4. Ecce nunc qui dicitis: hodie aut crastino iebimus  
 in illam civitatem, & faciemus ibi quidem animum, & men-  
 cabimur, & lucrum faciemus, qui iahorati's quia erit in crus-  
 tino, Eccl: 9. Mortui nūc noverunt amplius... oblivioni  
 tradita est memoria eorum, Ps: 48. Cum interierit, non  
 sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius, Eccl: 10.  
 Cum morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias & vermes,  
 Job: 9. Dies mei velociores fuerunt cursore (sicut umbra tra-  
 sientur, ait David Ps: 101.) Pertransierunt quasi navis poma  
 portantes, sicut aquila volans ad escam, Eccl: 7. Mellior est  
 dies mortis, quam dies natiuitatis, Ps: 141. Educ de custodia  
 animam meam ad confitendum nomini tuo, Apoc: 14. Bex-  
 ta mortui, qui in dno moriuntur, Sap: 4. iustus si morte pra-  
 occupatus fuerit, in refrigerio erit, & c. 3. Nationis iniqua-  
 dira sunt consummationes, Ps: 18. mors peccatorum pessima,  
 4. Reg: 20. Dispone bonum tua, quia morieris, S.  
 Aug: Quocumque te verberis, incerta omnia, mors certa, ex Patribus.  
 Natus es? certum est, quia morieris, & de Discip: chr: Labet  
 ultimus dies, ut observentur omnes dies, S. Amb: in Hexam:  
 Nulla distinctio inter cadavera mortuorum, nisi forte quia  
 gravius fetent divitum corpora, distenta luxuria, S. Ba-  
 sil: orat: 24. de morte. Ubi nam sunt illi, qui civilibus or-  
 namentis ornati erant? ubi inveniuntur Rhetores, ubi Auctores, ubi  
 Dinasti? ubi Tyranni? nonne omnia pulvis? nonne fabu-  
 la? nonne in paucis ossibus memoria ipsorum conservatur?  
 Idiota de cont: mort: Mors est omnium poena, omnium  
 tributum, omnium carcer, omnium domina, S. Ephrem de  
 vit: spir: Inclinemus nos ad sepulchra, & conditionis nos-  
 trae occulta prospiciamus, & haec considerantes, nos ipsos  
 in illis velut in speculo quodam contemplantur, S. Ana: ap:  
 Beyslinex in ex: h: s. Nihil sic revocat a peccato, quam

frequens mortis meditatio, S. Hier: Quis se quotidie re-  
 cordatur esse moriturum, contemnit presentia, & ad fu-  
 tura festinat, S. Greg: Qui considerat, qualis erit in morte  
 semper erit pauidus in operatione, S. Hier: ad Heliodori  
 Quia quid facis, respice mortem, S. Aug: l. i. de Civ: Mala  
 mors putanda non est, quam bona vita praecessit, & de  
 Doctr: Christ: Non potest male mori, qui bene vixit, &  
 vix bene moritur, qui male vixit, S. Ambr: l. de bo: mort:  
 Justis mors est quietus portus nocentibus naufragium, S.  
 Laur: Just: de lign: vit: c. 4. O bona mortis consuetudo quis  
 quanta per te acquirantur emolumenta valet intelligere:  
 utilis est tui memoratio ad fugandum vitiorum exercitum  
 ad fugiendum peccatorum laqueos, S. Chrysost: sup: Mathis.  
 Prae voluntarium, quod futurum est necessarium: offeramus  
 Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere, S. Cyprian:  
 l. de Mort: Quid oramus & petimus ut adveniat regnum ca-  
 lorum, si castitas terrena delectat? si maiora desideria &  
 vota potiora sunt servire isthuc diabolo, quam regnare cum  
 Christo? S. Ambr: in Luc: l. x. Mors non est metuenda, forti-  
 bus est desideranda sapientibus, & miseris expetenda, Kem-  
 pens: l. i. jmit: c. 23. per tot: ~

Sic iterum nullus est Auctor noster in Exemplis e-  
 narrandis omnis conditionis Personarum illustrium, at nos  
 de more unum, aut alterum insinuandum censuimus ~

Exempla. S. Franciscus Seraphicus sibi ab acutissimis doloribus instan-  
 te morte, non nisi divinas laudes ipse canendo vel ab aliis au-  
 diendo recreabatur, & FF: Eliae lacrymas potius pro tunc sud-  
 denti, respondit: aliter non licet facere, cum sciam, me brevi  
 cum Deo fore. S. Bonav: in vit: ~

Joannes Aragonum Rex jam ex hac vita migraturus, fu-  
 se ab aulicis perorans ostendit, nil sibi regnum, nil honores pro-  
 fuisse



fuisse sanctius que se victurum fuisse, si non Rex sed agri-<sup>317.</sup>  
cola fuisset. Deum ad Christum Crucifixum conversus, inter  
pia suspiria expiravit. Baronius Fr. x. Ann. 1664

S. Melania vidua, ut a Deo cognovit, brevi sibi esse mo-  
riendum, sacra loca omnia prius invisere statuit; iit, ibi  
que post exacta pietatis exercitia, data que congregatæ  
virginibus sancta monita, ex gravi morbo, inter dulcia  
cum Deo colloquia, animam reddidit. Revad. 31. Dec. 9

S. Cyprilianus Martyr gloriosissimus audita mortis sen-  
tentia, præ gaudio exclamavit: Deo gratias qui me ab huius  
corporis vitulis dignatur absolvere. Faber Conc. in Justo 2. fac. 9

S. Basiliius, quoties Episcopali habitu prohibuit in pompam,  
sibi ad aurem dici iusserat: Pater sepulchrum perfici iussit. Deu-  
us in Conc. de mort. p. 1. 2

Cheremon Abbas cum opus faceret, sedens que omnia pro  
sano ageret, repente obiit; atque ita sedens & opus manibus  
habens tenens repertus est. Pallad. Hist. c. 92.

Novi ego Anrochum in Hannonia, qui mensa sanus accum-  
bens, subito unica hæc proferens verba: O quantum caput dolet!  
ibi expiravit.

P. Franciscus Suarez non minus sanctitate, quam doctrina  
perillustris & eximius, cum in agone esset, caelesti plenus gau-  
dio dicebat, non putabam tam suave esse, & tam dulce mori. vit.

P. Juvenalis Boterus noctu sanus cubitum iens, mare mor-  
tus repertus est, tam compositus ac si dormiret. Hist. Soc. p. 2. 1. 3. 2

Philippus Rex Maceædonum negatum dedit puero, ut quo-  
tidie e lecto surgenti sibi diceret: Rex homo est, vive memor  
lethi. Aelian. 1. 3. 2

Tarquinius piciculi spina. Fabius spino cum lacte hausto.  
Aristides mustela morsu obiit. Anacronitem & Sophoclem  
uvæacinus; Luciam Marci Aurelii A'liam p'inetuncula  
acis subito extinxit ut notat Drexel. in prædrom. c. 1. 9. 20

Homo

*Similia.* Homo sicut vas fictile fragitur; sicut aqua in terram dilabens absorbetur; sicut fumus evanescit; sicut flos, terti marcescit: mors namque ut hostis, venator, & insidiarius, ut incautos maxime rapiat, ut leo quarit quem devoret, sed cui nemo valet resistere, & quæ falce suæ, mundi virentia æque dissectat, nemini parcens.

*Motiva.* Est tamen mors iustis optabilis, quia liberat à peccatis & malis vitæ huius, & ducit ad quietem & libertatem alterius. sed verò maxime omnibus timenda, quoad circumstantias, incertissima enim est quoad horam, tempus, statum, locum, & modum.

*Média.* Quare sequentibus utendum mediis ad felicem obtinendum ex hoc mundo transitum, a quo pendet æternitas. Sæpe de morte loqui & cogitare, eam desiderare, & Viatico muniri, cæteris que Mater Ecclesiæ pro hinc subsidiis, animo prompto terrena relinquere, cum solo Deo psalmis & precibus acere, aliis piè dare monita, &. Nomen. IESU coræ & ore continuo profere, Sanctos omnes, præcipue Dei Matrem instanter invocare, cum piis ad Christum crucifixum suspiriis & oculis defineri, Spiritum suum Deo commendare, testamentum pie & legitime condidisse, Christi ac S. Passionem in vita coluisse, Custodi Angelo Devotum Clientem fuisse, ac Mariana devotionis constanter addictum, atque (ut summam omnia dicam) virtutum omnium opera exercuisse: quia ut fert axioma, sippi: Qualis vita, finis ita, & Qualis mors, talis sortis.

*Conclusio.* Finiamus per verba S. Greg. Nazianz. orat. 10. In somnium sumus, inquit, minime consistens, spectrum quoddam quod teneri non potest, avis prætereuntis volatus, navis in mari vestigium non habens, pulvis, vapor, ros matutinus,

Flor suo tempore nascent, & suo tempore marcescens, & ipse <sup>313.</sup>  
Ovidius cecinit ad Liviam:

Tendimus hic omnes, metum, properamus ad unum:

Omnia sub leges mori vocat abra suas.

& alius Poeta: Sabinus p. 1. c. 25.

Fleres, si scires, unum tua tempora mensem:

Fides, cum non sit, forsitan una dies

Drexelius, Gabriel Sabinus de 4. Noviss., Dion: Carthus: Auctores.  
Pet: Canisius, Busæus de statibus hominum p. 2. Mathias  
Faber in Conc: Alnebr: Lud: Granat, Doutheman, Engelgr:  
Joan: Major Spec: Exempli, Langius, Daurolius, Stapleton,  
Beylinck &

## Titulus XCIX.

### Mortificatio

Mortificatio (quæ & in Scriphuris venit sub nominibus  
Abnegationis, Renunciationis, Circumcisionis, Odii sui, Violentia,  
Moris, Crucis, & jejunii) est spontanea, libera que ani- Definitio  
ma a vita carnali separatio, & virium tam externarum quam  
internarum ab illicitis operibus dissolutio, ut definit Jac: Alvarez  
t. 2. l. 2. p. 1. c. 3. Dividitur in Corporalem quia corpus & spiri- Divisio.  
tualem qua affectus mortificamus: in Activam quia per nos ip-  
sos, & passivam qua ab aliis patienda sufferimus. ac in neces-  
sariam per quam ab illicitis, & liberam quâ etiam a licitis  
placensibus pro Deo abstinemus: unde hæc virtus sensus omnes  
tam internos quam externas amplectitur frangendos

Luc: 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & ex 5. Scriptura.  
tollat crucem suam quotidie, 2. Cor: 4. Semper mortificatio-  
nem Jesu in corpore nostro circumferentes, Deut: 10. Circum-  
cidate igitur præputium cordis vestri, Gal: 5. Qui Christi  
sunt,

sunt, carnem suam crucifixerunt, cum vitis, & concupiscentiis suis; Gen: 4. Subterbe erit appetitus huius, & tu dominaberis illius; Eccl: 10. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere, 1. Cor: 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; Matth: 11. Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, Prov: 19. Qui delicate a pueritiae nutrit seruum, postea sentiet eum contumacem; Ioan: 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; & Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam; Matth: 16. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam; 2. Tim: 2. Si commortui sumus, & conuivemus, si sushinebimus, & conregnabimus. Prov: 16. Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium; Gal: 6. Nihil absit gloriari nisi in cruce S. N. J. C. per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

ex. Patribus. S. Ephrem exhortat: ad piet: to: 1. Bellum militum breue, sed Monachi pugna, quoad usque migret ad Dñum, durat. S. Climac: gr: 1. Monachus est perpetua natura violentia, sensuumque vigilantissima & indefessa custodia. S. Doroth: doct: 1. Mundus homini crucifigitur, cum mundo adrenuntiat homo, quia deserit eum; & crucifigitur homo mundo, cum ubi ex mundi rebus excesserit, certat aduersus rerum concupiscentias, subigatque innatas passiones & vitia. S. Aug: s. 56. ad. 57. in ev: Quales est in oculis hominum, qui inuersis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur. S. Clim: Hoc est opus nostrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare quotidie, affligere, minuere, frangere, inferimere; S. Bern: s. 3. De Circumcis: Hoc est saluationis nostrae principium, cum incipimus respicere, quod diligebamus, docere



tere unde gauidebamus, amplecti quod timebamus, S. Au-  
 gustin: serm: 230. de temp: Iracundiam mitigare, libidinem  
 fringere, iustitiam custodire, avaritiam contemnere, superbiam  
 humiliare, pars magna Martyrii est. Blosius in sacel: ani: 34.  
 Accentius obsequium homo praestat Deo, quando à vano, &  
 non necessario visu, auditu, olfactu, gustu, vel tactu discrete  
 abstinet, voluntatem suam in huiusmodi rebus pure prop-  
 ter Deum mortificans, quam si mortuos ad vitam tempora-  
 riam revocaret, S. Aug: l: 3. de Ascens: De vitis nostris sca-  
 lam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus: attollent eni-  
 ipsa nos, si fuerint infra nos, S. Bern: ser: 30. sup: cant:  
 Genus martyrii est spiritu facta carnis mortificare, illo nimi-  
 rum quo membra ceduntur ferro, horrore quidem mitius,  
 sed obliturnitate molestius, S. Greg: in 2. Reg: 6. Ego plus Da-  
 vid saltantem stupes, quam pugnantem: pugnantibus quippe  
 hostes subdidit: saltando autem coram Dño seipsum vicit,  
 Rich: Viet: in Ps: 118. In oculis Dei majoris meriti est saepe  
 mortificari, quam mori, S. Cyr: Nulla maior est victoria,  
 quam ea quae a cupiditate refertur: magna sane victoria  
 Kemp: l: 2. c. 12. Quanto caro per afflictionem magis alle-  
 rilur, tanto spiritus amplius roboratur.

S. Dorotheus cum corpus suum gravissimis poenitentis Exempla  
 affligeret, rogatus, quorsum illud pene occideret? respondit:  
 quia & ipsum occidit me. Hieron: p. 1. c. 11.

S. Simeon viginti maximos cimices intra fibralia alebat  
 nec occidebat, ut in parvis ad majora se exerceret. Land: 2. op: 2.

S. Iohannes Tereus, ne a mortificatione cessaret, buccam  
 linguam, & palatum abluebat felle tanquam rosacea aqua  
 ipsum que masticabat, ut amaritudo perduraret. Hieron: l: 3. c. 24.

Tarracone quidam Novitius vas plenum pulis cum  
 ferret, summe gile nausearet, vincendi sui studio totum epotavit.

316. Theodosius Arcadii filius per Bithyniam feruente calciter faciens: cum miles phidamum frigidam plenam obtulisset, eundem remuneratus, vas reddidit, sicuti que cum sociis tollerare maluit. Dozomenus.

Similia. Corpus nostrum, ut equum domare debemus, & ut patrem potius quam totum urere debemus; ex eo ut ex horto noxia eradicare, illud ut vitem putare, ut ferrum malleo elaborare, ut lignum viride siccare, ut aurum à scoria mundare, ut saxum in edificio locandum levigare, ut carnem insipidam sale condire &c. Vide erit potest Mortificatio-

Motiva. nis necessitas, equitas, utilitas, dignitas, & incunctitas, ad quam assequendam, media sunt: Exemplum Christi & sanctorum, nec non & mundanorum pro acquirendis pariteriis ad deo laborantium; oratio, resolutio seria, exercitatio assidua, Amor Dei, spes premii, victoria frequens in rebus minoribus, opiniois correctio seu iudicii subiectio &c.

Conclusio. Utinam cum Davide dicere possemus Deo: Prosperete mortificamur tota die Ps: 43. vel cum Joanne c. ii. Eamus & nos & moriamur cum Christo & si quæras Quid dabitur viro qui percusserit nbi istucum? 1 Reg: 17. seu dominantem passionem? Respondet Christus Apoc: 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.

Auctores. Alphons: Adriquez, Franc: Arias, Julius Pavius, Jac: Alvarez, Drexellus, Biscaus, Cassianus, Mansi, Lucas Pinellus, Hugo Plot: in via regia &c.

## Titulus C.

### Mulier ~

Definitio. Est homo ad liberos passivè procreandos à Deo creatus. & ratione statuum dividi potest in solutam, conjugatam, & viduam. Prov: 31. Fallax gratia & vana est pulchritudo,

ex s. scriptis

mulier timens Dominum ipsa laudabilis. 1. Tim: 2. Mulieres 317.  
in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se,  
Ecc: 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata,  
Gen: 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, Deut: 22.  
Non induetur mulier veste virili: abominabilis enim est apud  
Deum, qui hæc facit, Prov: 14. Sapiens mulier ædificat domum  
suam; insipiens extructam quoque manibus destruet, Ecc: 9.  
inveni amariorum morte mulierem, quæ laqueus venatorum  
est, & sagena cor ejus, vincula sunt manus illius. Qui placet  
Deo effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa, <sup>Eccl: 10.</sup>  
vinum & mulieres apostature faciunt sapientes, c. 26. A mu-  
liere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur,  
Eccl: 42. De vestimentis procedit tineæ, & a muliere iniquitas  
viri, in medio mulierum noli commorari, item c. 25. Commo-  
rari leoni & draconi placebit, (potius) quam habitare cum  
muliere nequam, Ecc: 9. Non des mulieri potestatem ani-  
ma tua... averte faciem tuam a muliere compta, & ne  
circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris  
multi perierunt, ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit,  
Prov: 5. Ne attendas fallacia mulieris; fauils enim distillans  
labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus; novissima autem  
illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps;

S. Chrys: sup: Ps: 56. Quid est speciosa mulier? scilicet ex virtutibus.  
pulchrum dealbatum, nisi fuerit casta & pudica. Pulchri-  
tudo autem sine his virtutibus, est precipitium patens, vene-  
num insipientibus compositum. S. Aug: c. 158. in Gen: Est  
ordo naturalis in hominibus, ut serviant feminae viris, qu-  
quia & illic iustitia est hæc, ut infirmior ratio serviat fortiori,  
& ut qui excellunt ratione, excellent dominatione, & de catech:  
rud: Cum femina dominatur in virum, perversa & misera  
domus est, S. Chrys: sup: Matth: 19. Quid aliud est mala mu-  
lier,

318. *licet, nisi amicitia inimica, inestigabilis poena, necessariū malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta, S. Isid. 2. solit. Ante ignem consistens, etsi ferreus sis, aliquando dissolvèris. proximus periculo dicitur tuus non eris, S. Chrys. l. 6. de Sacerd. c. 8. Animum ferit, & commovet, non impudica tantum, sed pudica quoque mulieris oculus, S. Hier. ep. ad Nap. Non es Samsonè fortior, nec Davide sanctor, nec Salomone sapientior. memento semper quod Paradisi Columnum de possessione sua mulier ejecit, S. Cypr. l. de sing. Cler. De carbonibus scintilla dissiliunt, de ferro rubigo nutritur, de vestimentis procedit tinea, de muliere peccati aculeus, sibilus concupiscentia, fomes pestilentia.*

*Exempla. S. Simeon Stylita, nullam mulierem unquam post conversionem intensis oculis aspexit; nec proprie matri tandè se videndum præbuit. S. Greg. Hieron. l. de glori. conf. n. 26.*

*S. Sabbas Abbas cum adverhisset socium in platea transeuntem mulierem fuisse intuitum, eum illico a se expulit dicens: nolo socium qui sit tam curiosus. Landr. op. 2.*

*Alphonsus Rodriguez Sob: Jesu, etsi per 40 annos janitor fuerit, nullam tamen feminam de facie noverat. vit. l. 1. c. 12.*

*Quibus gradibus mulier trahat in ruinam non male quidam sic exposuit:*

*Post visum, risum, post risum, venit ad usum,*

*Post usum ad tactum, post tactum venit ad actum;*

*Post actum factum, post factum parit actum.*

*& Alter de Samsonè cecinit*

*Lenam non potuit, potuit superare Leenam;*

*Quam fera non potuit ulcere, vicit heram*

*Item Alius*

*Adam, Sampsonem, Abum, Davidem, Salomonem*

*Secepit mulier, quis modo iustus erit?*

*& efficacibus verbis pericula humiliter cavenda monet.*



S. Aug: apud Lug: dom: 3. p. pent: 9. i. sic loquens: Exper-<sup>319.</sup>  
to crede, coram Deo non mentior: cedros Libani, Duces  
gregum, sub hac peste concidisse reperi, de quorum ca-  
su non magis suspicabar, quam Hieronymi, vel Ambrosii,  
Lancizius, Engelgrave, Fibber, Buisaus, Marchant, <sup>Auctores.</sup>  
Reyrlinck, Langius, &c.

## Titulus CI.

### Mundus

Prout hic accipitur, est, vitiosa & misera natura hu- <sup>Definitio.</sup>  
mana conditio, ex peccato primi parentis contracta.

Joan: 3. Mundus totus in maligno positus est 1. Jo: 2. <sup>ex dicta</sup>  
Omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis, est, & <sup>Scriptura.</sup>  
concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est  
ex Patre, sed ex mundo est. Jo: 1. Nolite diligere mundum,  
neque ea quæ in mundo sunt. Rom: 2. Nolite conformari  
huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri. Jac:  
4. Adulteri, nescitis, quia amicitia hujus mundi, inimica  
est Dei. 1. Cor: 7. Tempus breve est, reliquum est ut sint  
qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur, præterit  
enim figura hujus mundi. Apoc: 18. Exite de illa, popu-  
lus meus, ut ne participes sitis delictorum eius, & de pla-  
gis ejus non accipiatis.

S. Aug: de mund. contemp: Si Christus pro te de cæ- <sup>ex Patribus.</sup>  
lesti sede descendit, tu propter ipsum, sine terrena; si dul-  
cis est mundus, dulcior est Christus. S. Bern: in epist:  
Mundus clamat: ego deficiam; caro clamat: ego inficiam  
diabolus clamat: ego decipiam; Christus vero dicit: ego re-  
ficiam: & tamen superba mens magis sequi vult deficien-  
tem, quam resipientem. S. Aug: ad Thimo: Mundus iste,

320 periculosior est blandus, quam molestus; & apud Senecam  
hoc V<sup>o</sup>. Vincula hujus mundi asperitatem habent veram,  
jucunditatem falsam; certum dolorem, incertam voluptatem.  
durum laborem, timidam quietem; rem plenam miseria-  
spem beatitudinis inanem; S. Greg. in hom. Ecce jam in se-  
ipso Mundus aruit, & adhuc in nostris cordibus floret; u-  
biq; mors, ubiq; luctus, ubiq; percutimur & amaritu-  
dine replemur, & tamen, cæca mente carnalis concupiscen-  
tiæ ejus amaritudines amamus, labenti in hæremus, secum  
ipso labimur; & in Moral. Qui transientia amplectitur,  
eo ipso ad decursum ducitur, quo decurrentibus implicatur  
ac in Dialog. Despicendus a nobis hic mundus foret et-  
iamsi blandiretur, at postquam tot nobis quotidie dolores  
ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat?  
Corniod: sup: 2<sup>o</sup>: 44. Mari justè comparabitur hic mundus,  
quia fursitibus amarus est, fluctibus diabolicis quatitur,  
vitiorum tempestatibus commovetur. ~

Exempla. S. Joannes Calybita ut mundum vinceret reditum de so-  
litudine in patriam domum suadentem, rediit quidem, sed  
mendici habitu indutus in domo paterna ad mortem usq;  
lahit incognitus. Zachar: Lipsiensis Jan: ~

Boleslaus III. Rex Polonia de sacrilega nece S. Stanis-  
lai penitens, in quodam Carinthia Monasterio, regno ob-  
jecto, culina ministeria oculis obisse fertur. Michov: 1. 4. c. 20.

Similia. Mundus ut venator, allicit ut capiat; sicut piscator  
hamum dulci cooperum offert ut arripiat; præcipitia  
occultat, ut decipiat; ut ovis vocat, ut leo devorat quos  
suis irretitos laqueis deprehendit: fugiendus ergo mundus  
quia vanus, fallax, inconstans; solaque caelestia amore  
prosequenda ut quæ sola vera sunt & æterna bona.

Unde sic monet S. Aug<sup>9</sup> in Ps: 77. Amorem vestrum purgate, & quales impetus habedatis ad mundum, tales habeatis ad Artificem mundi, & S. Chrysolog: S. 12. Vivamus aut, Deo paululum, qui seculo viximus totum.

Didacus Stella, Lud: Granat: Matth: Faber, Hier: Auctores.  
Drexelius, Henr: Engelgr: Th: Stapletonus, Jos: Langius,  
Saur: Beyrlinck, Jo: Major in Spec: Exemplorum &c

## Titulus CII.

### Nobilitas

Ex Aristotele 2. Rhet: est quaedam à progenitoribus accepta claritas. Dividitur à S. Gregorio Nazianzeno in Nobilitatem Creationis, qua omnes ab Adamo sumus pares; Sanguinis, quæ ab antiquitate simul & claritate prosapia desumitur. & Operationis, quam propria cuique virtus & eruditio parit.

1. Cor: 1. Videte vocationem vestram, Fratres, quia ex S. Script:  
non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; Eccl: 10. Beata terra, cuius Rex nobilis est; Prov: 12. Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus indigens pane.

S. Hieron: in Epist: Ille apud Deum est potior, non ex Patribus.  
quem nobilitas generis, sed sancta vita commendat; Ep: 14. Summa apud Deum libertas est, non servire peccatis; Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Plerumque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis; S. Chrysost: in Matth: Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara: aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant? & hom: 26. in Joan: Cunctis una atque eandem nobilitatem donavit Deus, cum dignatus est

est omnium Pater vocari, ~

Exempla.

S. Romanus Martyr genere nobilissimus Asclepiadi Presidi in os dixit: non cupio, ut mihi, meoque generi quidquam parcas. Christi sanguis pro me fuit me nobilitat. Drexel. in Tob: p. 1. c. 1. §. 2. ~

Maximilianus Imperator cuidam nobilitatem mille ducatorum pretio affectanti: ditare te possum, respondit, ut nobilitate non nisi propria virtus poterit. Beylinck textu 4. in festo S. Jo: Bapt.

Sphicrates, cum Hermodotis illi objiceret, quod patre sutoris natus esset, meum, inquit, genus a me sumit originem; tuum vero in te desit. Idem in festo Nativ: B. V. M. ~

Rectè Juvenalis Satyr: 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo  
Sanguine censeri?

... Nobilitas sola est atque unica virtus.

& Seneca 1. Controv: Dixit: Platonem non accepit nobilem  
Philosophia, sed fecit, ~

Autores.

Drexelius, Faber, Beylinck, Lud: Granatensis, Sanguis, Seneca 1. 3. de benefici: & 1. 1. Controvers: ~

## Titulus CIII.

### Obedientia. ~

Definitio. Eam sic definit Angelicus 2. 2. q: 104. a. 2. ad 3. Virtus,  
quæ promptam reddit hominis voluntatem ad implen-  
dam voluntatem præcipientis. Dividi solet in Divinam,  
quæ divinis; & Humanam, quæ humanis parat præ-  
ceptis. Ejus gradus sunt illi tres, quos mire explicat  
S. P. Ignatius in sua de Obedientie virtute verè aurea  
Epistola; Executionis scilicet, voluntatis, & judicii. ~

ex S. Scriptura.

Deut: 17. & facies quodcumque dixerint qui præsumt  
loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem  
ejus,



eius, sequeris que sententiam eorum, 1. Pet: 2. *Subiecti*<sup>323.</sup>  
igitur estote omni humanae creaturae propter Deum, Rom:  
13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui  
autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, 1.  
Reg: 15. Numquid vult Dominus holocausta & victimas, &  
non potius ut obediat nomini Domini? Prov: 3. Custodi  
legem meam, atque consilium meum, & erit vita conina  
tua, & c. 21. Vit obediens loquetur victorias, Phil: 2. Hu-  
miliavit (Christus) semetipsum factus obediens & c. Deut: 5.  
Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custo-  
diant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit  
eis, & filiis eorum in aeternum? 9

S. Bern: de praec: & disp: Verus obediens non attendit *ex Patribus.*  
quale praecipitur, hoc solo contentus, quia praecipitur, S.  
Greg: 1. 2. in 1. Reg: 2. Vera obedientia nec Praepositorum  
intentionem discutit, nec praepositorum discernit; nescit iudicare  
quisquis perfecte didicerit obedire, S. Bonav: c. 4. spec: Do-  
mus obediens verbum non expectat, ubi de voluntate su-  
perioris constiterit, S. Bern: de vit: solit: Discernere  
superioris est, subditorum est obedire, & ser: 48. c. 9. Hila-  
ritas in vultu, dulcedo in sermone, multam decorant obe-  
dientiam subsequentes, & ep: 27. Qui se sibi magistrum  
constituit, stulto se discipulum subdit, talis (ait Gerson-  
to. 1. consid: de lib: leg:) jam non indiget demone tentante,  
quia factus est sibi ipse demon, S. Ant: de Pad: in Dom:  
epiph: Humilet se omnis in obedientia, cum audit quod  
Jesus erat subditus illis, S. Greg: 1. 2. in Reg: c. 24. Obe-  
dientia unicum bonum est ad recuperationem vitae, sicut  
inobedientiae culpa malum sufficiens fuit ad perpetranda  
mor-

mortem, S. Bon: to: 7. Collat: 3. Qualiter nos audimus  
 nosros superiores, taliter nostras exaudit Deus orationes  
 S. Hier: reg: mon: c. 6. In Obedientia summa virtus clausa  
 est, nam simplici ingressu hominem ducit ad Christum,  
 S. Climac: gr: 4. Obedientia est spontanea mors, sepul-  
 chrum voluntatis, securum periculum, tuta navigatio,  
 confectum dormiendo iter, S. Aug: tr: 11. de Ob: & Hum: Una  
 obedientia plus valet, quam omnes virtutes, S. Humbertus  
 p. 1. l. 5. c. 10. Per obedientiam nobilissimus triumphus  
 acquiritur; nobilissimum enim genus triumphi est, vin-  
 cere se ipsum, quod facit obediens: multi urbes & regna  
 subjungaverunt sibi, qui tamen ad hunc nobilissimum  
 triumphum non pervenerunt, S. Aug: ser: 67. ad frat: Obe-  
 dientia quidem disciplina modo in labore est, sed in future  
 fructum habet pacatissimum, Theodorus Studita: Obedi-  
 entia mortis securitatem parit, & obedientibus licet esse  
 imperterritis, Kemp: l. 1. c. 7. Multo tutius est stare in  
 subiectione, quam in prelatura.

Exempla.

Virgo quadam cum a Christo parvulo visitata, post  
 ad opus commune vocata deseruisset, in cellam reversa  
 velut adultum juvenem invenit, dicentem que audivit: tam  
 magnum me tua fecit obedientia. Spec: Exempla: in append: ec: 92.

Discipulus quidam Senis ad aquam hauriendam  
 missus, cum sitis oblitus esset, dixit: puteo: Putee, ser-  
 vas Christi Abbas meus misit me, ut hauriam aquam, &  
 mox aqua ascendit. vit: pp: l. 3. n. 28. 9

Obedientissimi duo Adolescentes mori maluerunt, quam  
 ficos, quos ad alium deferre iussi erant attingere. Spec: Ex: distas: 9

Joannes Ant: Apulus nostrae Societatis Novitius saepe  
 a Magistro Novitorum rogatus in morbo, quando mori  
 velle?

vellent, semper respondit: cum tu, Pater, veniam dederis. 325.  
Cui Pater: ergo, inquiebat, cras hora secunda morere. Ita  
factum. Hist. Sac. l. II. n. 19. 5

Chrysaeta miles, cum elata jam ac vibrata bipenni  
hostem esset percussurus, ut tubam receptui canentem au-  
divit, illico ut obediret, hoste illaso recessit. Xenophon 2. 4. de Cyr.

Se gereye debent subditi erga superiores, ut cadaver *Similia.*  
ut senis baculus, ut lutum in manibus figuli, ut instru-  
menta in manu artificis, ut pannus a sartore dissecandus,  
ut navis hinc inde a gubernatore dirigenda, ut membra  
capiti subordinata, ut viator a ductore, ut iumentum  
a rectore &c.

Reddit namque Obedientia, hominem Deo carissimum *Motiva.*  
Christo simillimum, superioribus amabilem, demonibus  
terribilem, omni exercenda virtuti aptissimum, Divino  
Numini placabilem ac cunctis fidelibus commendabilem  
intuemur tot Christi Dñi, ejusque imitatorum heroica *Moda.*  
exempla, nec non & militum exactissimam subjectionem,  
imo & britorum homini ad nutum obtemperantium;  
in superiore Deum ipsum precipientem agnoscamus  
atque hæc est via, de qua nobis dicitur Is. 30. Ambula-  
te in ea; hoc sacrificium victimis aliis prestantius  
verè holocaustum, ubi totus homo a se negatur. propi-  
tatorium, cum se homo humiliet, cujus inde oratio cæ-  
los penetrat; adeoque & impetratorium; sed & Eucharisti-  
cum, quia & in eo cruentum Christi ex obedientia mori-  
tis representatur sacrificium.

Itaque si hodie vocem Dei audieritis nolite obdu- *Conclusio.*  
rare cervice vestra, monet Maltes, & sane pudeat homi-  
nes rationis compotes non obedire Deo, cui parent om-  
nia

326. *nia, etiam rationis expertia, iuxta illud job. Numquid  
mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi: Adsumus,  
& P: 148. ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum,  
qua faciunt verbum ejus. Atque ut fiat Dei voluntas  
sicut in caelo & in terra, Angelos Dei Ministros imitari  
conemur, qui potentes virtute facientes verbum illius  
ad audendam vocem sermonum ejus... faciunt volun-  
tatem ejus. P: 102.*

*Auctores. Alphonsus Rodriguez, Theophilus Bernardinus, Bern:  
Rossignolius, Jeremias Drexelius, Lud: de Ponte, Eus: Hieron:  
Franc: Arias, Jac: Alvarez, Nicol: Lancizius, Jo: Puseus,  
Hugo Roth, Lucas Pinellus, Jos: Mansi &c*

## **Titulus CIV.** **Oculorum custodia**

*Definitio. Est virtus, qua oculos ab omni aspectu non necessario  
propter Deum continemus. unde patet virtutem hanc  
ad mortificationem velut speciem partialem pertinere.*

*Divisio. Dividitur in Necessariam qua ab illicitis, & spontaneam  
qua & a multis, etiam licitis, respiciendis abstine-  
mus.*

*ex 3. Script. P: 118. Averte oculos meos, ne videant vanitatem  
job: 31. Pepigi sedus cum oculis meis, Ezech: 20. Unus-  
quisque offensiones oculorum abjiciet, Prov: 4. Oculi  
tui recta videant, & palpebrae tuae precedant gressus tuos  
Eccl: 9. Ne circumspicias speciem alienam, Eccl: 31. Ne-  
quius oculo quid creatum est? Thren: 3. Oculus meus  
depradatus est animam meam, Prov: 10. Qui annuit oculo,  
dabit dolorem, & 27. Oculi hominum insatiabiles, isa:  
33. Qui claudit oculos suos, ne videant malum, iste in*



excelsis habitabit. Regem in decore suo videbunt <sup>327.</sup>  
oculi ejus.

S. Chrysost: ho: 22. in gen: Oculi propterea factus est <sup>ex. 2. 2. 2.</sup>  
ut dum videt creaturas Dei, ipsarum conditor glorificetur,  
S. Ephrem de humil: Quomodo aqua dulcis contractus perdit aquas, ita & oculorum distractio mentem castam destruxit,  
S. Aug: in reg: Non solo tactu & affectu, sed aspectu quoque appetitur & appetit concupiscentia femininarum, etiam tacente lingua, conspectu inuito corda nunciunt impudica,  
S. Prosper l. 2. de promiss: c. 12. Aspectus formosorum est adeo potens, ut ferrum virtutemque emolliat,  
S. Hieron: in c. 3. Thren: Semel species formae cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu solvitur,  
S. Basil: Oculi sunt incorporea manus, Neque enim Eva (ut recte ad verit Mansi) lignum vetitum contigisset, nisi hoc incaute respexisset,  
S. Laur: just: c. 7. de vit: solit: O! quantis concupiscentiarum sagittis ex inordinato oculorum aspectu imprudens transfigitur cor! transmittunt utique effrenati intuitus ad animam concupiscentiarum qualitatium imagines, sanctos dissipant cogitatus, & terreni pulveris inspiratione rationalem caligant obtutum,  
S. Ephre paron: 37. Gravis ac vehemens est proditor oculus vagus, atque distractus,  
S. Greg: l. 21. mor: l. 2. Deprimendi sunt oculi quasi raptores ad culpam: quisquis enim per has corporis fenestras incaute exterius respicit, plerumque in delectationem peccati etiam nolens cadit, atque obligatus, desiderii incipit velle, quod noluit,  
S. Clem: Alex: l. 3. paedag: Versatilibus, & tanquam conniventibus oculis intueri, nihil est aliud, quam oculis machari: cum per oculos cupiditas ineat prima pugnae praesidia,  
Kemp: l. 3. c. 1. Beati oculi

oculi, qui exterioribus clausi, interioribus autem sunt intenti, 9

Exempla. S. Petrus de Alcantara visum ita continuit, ut materiam parietum cellæ aut superficiem ignoravit, & per annos quatuor arborem in altio pergrascentem non advertit. Jo: Rho 17. Mitt. 1. 4. v. 3. 2

S. Carolus Borromeus in villis & hortis amantissimis tempore sat longo commoratus, nequidem leviter oculorū oblectamenta ibi preparata aspiterere voluit. vit. 2

Hugo episcopus Gratianopolitanus per 30 annos, quibus tantum pastorem egit, nullam unquam mulierem aspexit. Lancelm: op: 2. n. 273. 9

Abbas Pastor per 40 annos gravem carnis tentationē sustinuit, quia puellam spicis colligentem, curiosius conspexerat. Spec: l'emp: 2. ex. 67. 3

Novitius quidam Societatis Neapoli moriens fassus est se ob oculos a jucundo maris vicini aspectu custoditos hoc habere præmii, ut in morte Angelorum fuerit aspectu recreatus. Nodasi in Ann: Angel: heb: 2. 9

Amulejus & Hermes Platonis discipuli oculos sibi eruisse dicuntur, ne illorum usu & studio virtutis & vocarentur. Beyr: in fest: s. Martini them: 3. 9

similia. Oculi ut fenestra ab aquilonem claudendus, ut pars corporis pretiosa & delicata servandus, ut canis venator coercendus, ut porta tempore imminenti pestis custodiendus, ut gladius in vagina continendus, ut ignis saltem facillè occultandus; sic enim & ipsa oculorum structura faciendum docet, & damna ex eorum malo usu secuta prædicant: præstat ut cum Davide oculos habeamus semper ad Deum, stahnamus quoque eos.

declinare in terram, ubi nostra cuncta, pra oculis  
habentes cum eodem exitu aquarum deducant oculi  
nostri, ut cum Iob deum salvatorem nostrum is-  
dem conspiciamus cum in <sup>illa die</sup> terra surrecturi  
simus

Lancizius, Alvarez, Grexelius, Arias, Jo. Poley. Auctores.  
us de Offic: Relig; Beyrlinck ubi sup: Julius Kalus  
De Morificatione c. 6. consid: 7. Jos Mansi, Joan: Phe.

## Titulus CV.

### Odium

ex S. Aug<sup>o</sup> L. defin: est Vetus ira ex pluribus causis Definitio  
collecta diuturno tempore perseverans; & definitio. aliud est Odium  
abominationis, quo rem, aliud inimicitiae, quo personam  
aversamur aliquam, volendo ei malum, vel de ejus ma-  
lis gaudendo, vel ei reipsa malum interendo

1. Joan: 4. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fra- ex Sacra  
trem suum oderit, mendax est, 1. Jo: 2. Qui odit fratrem Scriptura.  
suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit,  
quo eat, quia tenebrae obcaecaverunt oculos ejus, Levit: 19.  
Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum  
ne habeas super illo peccatum, Matth: 5. Vade prius recon-  
ciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum Prov:  
10. Odium suscitatur rixas, 1. Joan: 3. Omnis, qui odit fra-  
trem suum, homicida est.

S. Ephr: in inter: 60: 1. Quomodo omniun. vir ex Patribus.  
tutum excellentissima est charitas, ita universorum vi-  
tiorum gravissimum est odire proximum, S. Aug: ser: 1.  
de tempore: Qui scit se vel unum hominem odio habere,  
nescio, si ad altare Dni possit securus accedere, nem: in

comparatione odii ira festuca est; sed festucam si nutrias, thab's erit; si evellas & projicias, nihil erit. Cassiod: in 2<sup>o</sup> 54. Gravissimum inimicitia genus est, corde esse adversarium, & lingua simulare devotum. S. Hier: ep: 36. Irascimini, inquit David, & nolite peccare: Hoc, quid velle intelligi, plenius Apostolus interpretatur: Sol non occidat super iracundiam vestram. Quid agemus nos in die iudicii, super quorum iram, non unius diei, sed tantorum annorum Sol testis occubuit? S. Amor: prec: 2. ad miss: Qui exultat in adversis proximi, & affligitur in prosperis ejus, alieno proximum de petet gladio. S. Greg: l. 16. Mor: Vitam anima quolibet culpa polluit, sed vultus vero contra proximum dolor occidit, ut videre est in Esau Gen: 27, in fratribus Joseph Gen: 37, in Ammon 2. Reg: 19. Aman Ester: 7. & aliis.

Exempla.

Abbas Agathon dicebat de se: nec unquam dormivi retinens adversus alium dolores, neque dimisi alium dormire habentem adversum me aliquid. vit: 29. l. 4. ad 1. n. 6.

Burgensis quidam cum odium ad mortem usque fovisset, ac pro eo sepeliendo consueve fierent in templo preces Christus e cruce, manibus aures ocludens clare dixit: Non pepercit, nec parcam. Spec: ex: V. Dimittis 4. 4.

Phocion imperator propinatum bibere compulsus venenum, hoc unum filio mandare se professus est: ut obliviscatur, inquit, potus huius quem nunc ab Atheniensibus oblatum bibo. Alian: l. 12.

Similia.

Sicut incendium foras non erumpens perniciosius est, quia nemine prohibente grassatur; ita odium occultum.

Motiva.

Quod sane Deo maxime injuriosum, Christiano prorsus indignum, humanae sociabilitati maximo repugnans, atque paci, ceteris que virtutibus acquirendis ex toto est oppositum.



positum: ad quod vitandum iuvabit, Christum in proximo aspicere, obii materiam subducere, sua peccata considerare, & injuriarum oblivisci: ea enim, dicit Veritas, quamensi fuerimus mensura, nobis remeietur. 337.  
Media.

Buseus, Marchantius, Langius, Stapleton tex: 2. Auctores.  
in Rom: 5: post Pent: &c.

## Titulus CVI.

### Opus bonum

Prout hic sumitur, est opus vite aeternae meritorium, sine quo illa obtineri non potest, vocatur Necessarium, quod vero licite omitti posset, Supererrogatorium. Definitio  
& divisio.

Matth: 5: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Marc: 14: Bonum opus operata est in me. Joan: 6: Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. 1-Cor: 9: Fratres, stabiles estote, abundantes in opere Domini semper scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Joan: 15: Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Gal: 6: Dum tempus habemus, operemur bonum. 2-Pet: 1: Salagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciat. Matth: 3: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Jac: 2: Quid proderit, Fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Rom: 2: Reddet unicuique secundum opera eius... gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Gal: 6: Bonum autem facientes non deficiamus.

S-Cyrl: apud Lyraum Apophit: 14. l. 1. Habent opera linguam suam, habent facundiam suam, etiam tacentes. ex Rabibus.


cente lingua: facta namque, prae dictis amantem probant, S. Greg: Nys: l. de Opif: mundi: Manus datae sunt homini, ut melius loqueretur: tunc enim melius quis loquitur, cum manuum actiones vocem comitantur... verba quodammodo mortua sunt, nisi accedat operatio, S. Bern: l. 3. de Consid: c. 4. *Spiritalis homo omne opus suum trina consideratione praevenerit: 1. an liceat; deinde, an deceat; postremo, an expediat;* S. Greg: ho: 3. in Evang: *Nec sibi aliquis credat, quidam sibi dominus sine operis attestatione respondeat: de dilectione conditoris lingua mens, & vita requiruntur;* S. Bern: ser: 15. ad Cler: *Non transeunt opera nostra ut videntur, sed temporalia quaeque, veluti aeternitatis semina jaciuntur;*

*Exempla.* S. Clara de monte Falco cum tanta cautela, ac diligentia omnia sua peragebat, ac si quavis hora vocanda foret ad rationem Deo reddendam. vi. p. 1. c. 2.

*Similia.* Sicut avari nec minima contemnunt lucra; sic Christianis nullam bene operandi occasionem praetermittere debet, nec solis externis contentus esse sed & internis incumbere actibus bonis, ut Arbor, quae etsi virescat redoleat, infructuosa est, si maturos non faciat fructus. imitanda sunt prudentes illae Virgines (Matth: 25.) quae acceperunt oleum in vasis suis, ut ut inveniunt obviam Christo Dño, qui utique Bene omnia fecit; (Mar: 7.) & sic facientes thesaurizabimus nobis thesauros in caelo (Matth: 6.) quo opera nostra sequentur nos.

*Conclusio.*

*Auctores.* Lancizius, Adrian: Syrens, Stapleton, Drexelius, Engelgrave, Mathias Faber Tom: 7. & 11. post Pent: ite Tom: de phag.



# Titulus CVII.

## Oratio

Est mentis ad Deum elevatio, juxta Damascenum l. 3. Definitio  
& divisio.  
 de fide; vel ut S. Augustinus definit: Locutio ad Deum.  
 Alia est vocalis, quæ non animo solum sed et voce simul  
 perficitur private a quolibet particularis, vel publice Eccl. 1. 10. pro particulari  
 lesie Ministris orant pro causis publicis; alia est menta-  
lis, quæ solo animo exercetur, vel mere cogitando, vel Actus.  
 meditando etiam, vel contemplando res divinas: circa  
 quæ plurima tradunt ex professõ Mystici infra citandi  
 eccl. 18. Ante orationem prepara animam tuam, & no- ex 3. Script:  
 li esse quasi homo, qui tentat Deum; Jac. 1. Si quis ves-  
 trum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus  
 assuenter... postulet autem in fide nihil hesitans; Ps. 36.  
 Subditus esto Dño, & ora eum; Thren. 3. Apporuisi tu-  
 bem (peccatorum) ne transeat oratio; Ps. 101. Respexit in  
 orationem humilium; Job. 4. Spiritus est Deus, & eos qui  
 adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare; Luc.  
 18. Oportet semper orare & nunquam desistere; Colos. 4.  
 Orationi instate, vigilantes in ea; Job. 1. Bona est oratio  
 cum jejunio; Jac. 5. Orate pro invicem ut salvemini:  
 multum enim valet deprecatio justis assidua; Jo. 16. Si  
 quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, Math.  
 26. Orate, ne intretis in tentationem; Jo. 30. Ad vocem cla-  
 moris tui, statim, ut audierit, respondebit; Gen. 4. Non  
 est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos a propin-  
 quantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obse-  
 rationibus nostris; Ps. 118. in justificationibus tuis me-  
 ditabor, Testimonia tua meditatio mea est... medi-  
 tabor

labor in mandatis tuis, *Ps. 38.* in meditatione mea  
exardescet ignis, *Q*

ex Patris. S. Clim: gr: 38. Oratio est familiaris conversatio, & con-  
iunctio hominis cum Deo. S. Laur: just: de cast: connub: c. 22.  
Humilitas & charitas spirituales orationis sunt alij. Agel-  
tius ser: 10. Perfecta est oratio, cum preces iustitia colime-  
ntur, S. Bonav: in *Ps. 118.* Fides orationem dirigit, spes e-  
rigit, charitas porrigit, S. Aug: super *Ps. 85.* Tunc in-  
toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur, S.  
Ephrem to: 2. Vis loqui cum Deo? attende sis, vis videri  
te ipsum prius, quid loquaris, aubi, nec sic properes, ne  
frustra ores, S. Isid: l. 4. ep: 12. Præcedant ea, quæ a te exi-  
guntur, & tunc demum, quæ sunt auxilii divini subsequen-  
tury, S. Bonav: de sex alt: Instabilis est bonorum operum  
structura, quæ devota orationis frequentia non compagi-  
natur, Galfridus apud Hieremô: Militia est vita homi-  
nis & continua colluctatio: nunquam deest igitur orandi  
necessitas, ubi nunquam est vera securitas, S. Chryso: l. 1.  
de or: Deo: Sceleratissimi spiritus continenter obambulant,  
observantes nos, ut si quem deprehenderint nudatum depre-  
cationis presidio, proinus abripiant, S. Vinc: Fer: ser: 8.  
dom: 6. 7. os, Pent: Mediante oratione veniunt ad vos bona  
temporalia, corporalia, & spiritualia, S. Aug: ap. Bellou:  
Magna virtus puræ orationis, quæ quasi quidam nun-  
tius intrat, & tibi negotia peragit, quib. caro pervenire ne-  
quit, juxta illud *Ps. 137.* intret oratio mea in conspectu tuo, *Ps. 118.*  
S. Chryso: l. 2. de or: Deo: Ut pisci vita est ex aqua, ita  
tibi deprecatio, S. Bonav: Diet: sal: tit: 8. c. 5. Est oratio  
similis scuto, quod divinæ indignationi debemus oppo-  
nere



nere: unde dicitur de Aaron, quod proferens scutum  
 orationis resistit irae. S. Laur: j. st: de grad: perf: c. 12. Ora-  
 tio placat Deum, laetificat Angelos, recreat Sanctos, pene-  
 trat coelos, postulat reportat, terret demones, adversa-  
 rios superat, immutat homines, vires reparat, roborat men-  
 tem. S. Aug: ho: 40. Recte novit vivere, qui recte novit ora-  
 re, & serm: 226. Oratio iusti clavis est caeli. Ascendit prece-  
 Ho: & descendit Dei miseratio. S. Chrysost: ho: 5. de nat: Dei in-  
 conpreh: Apertissima arma oratio est. thesaurus centē perpe-  
 tuus, auctor, parens, fons, & radix bonorum omnium. S.  
 2. de or: Deo: Orare commune est opus Angelorum pa-  
 triter & hominum, neque quidquam interest inter nos-  
 tram naturam & illorum, quod attinet ad deprecationē.  
 Bellou: in spec: disc: 32. Magna est orationis dignitas quia  
 ipse Deus, & tota curia caelestis intenta est audire orationes  
 nostras, & delectantur in eis, juxta illud Ps: Oculi dñi super  
 iustos, & aures ejus in preces eorum. S. Greg: ho: 1. in evangel:  
 Vult Deus rogeri, vult cogi, vult quādam importunitate  
 & vinci. ideo tibi dicitur: Regnum Dei vim patitur, &  
 violenti rapiunt illud. Tertul: in apolog: c. 49. Haec vis  
 deo grata est: coimus in caelum & congregationem, ut ad  
 Deum, quasi facta manu, precationibus ambiamus. S. Bar:  
 ex: 1. ad gr: He: Maxima viarum ad veri investigationem  
 ferebimus, Meditatio est. S. Scripturarum. S. Laur: hist: de discip:  
 Mona: c. 8. Quicumque esse Dei fidelis servus & prudens ve-  
 stiaerat, salvatoris gesta, & praecipue ipsius Passionem rumi-  
 nare non negant, & de casto conn: c. 22. Nihil apertius Deum  
 peridere facit, & mentem refrinat, quam aliena meditatio  
 quae in oratione proponitur. S. Bern: ser: 1. de S. Anorec:  
 Meditatio doce, quid desit, oratio ne desit, obtinet, & c. 1.  
 Jeho: elau: Lectio quasi solidum cionem ori apponit, me-  
 ditatio

aitatio masticat & trahit; oratio saporem acquirit;  
 Contemplatio est ipsa dulcedo. Hugo ap: 5. Bondu: inspec:  
 Omnino perfecta esse oratio nequit, si eam meditatio non  
 comitebit, aut precedat. ~

Exempla.

De Trasilla virgine Amata sua testatur S. Gregorius  
 quod, cum ipsam post mortem lavare vellent, genibus cubitis  
 que concretam callorum duritiem invenerint ex assiduo pro-  
 bandi studio creatam. apud Marulum l. 2. c. 11 ~

Carolus V. imperator tanta orabat attentione, ut sibi  
 oranti, cum Magni Regis quidam Legatus de momenti nego-  
 tio acturus adveniret, responderit: Neque ego nunc leviter  
 sum occupatus, qui cum Deo ago. Jo: Bas l. 3. c. 7. ex 1 ~

S. Franciscus diu noctu que in illa oratione: Deus meus  
& omnia meditans sic habebat, ut saepe visus sit a terra suble-  
 vatus, & fulgente nubecula circumdatus. S. Bonav: in vit: c. 10 ~

S. Franc: Villanova Societatis Jesu tantam ex orationis  
 studio familiaritatem cum Deo est nactus, ut Deum semper  
 presentem, lacrimas quoque de Deo ad placitum habere  
 meruerit. Hist: Soc. p. 2. l. 1. c. 127. ~

S. Ignatius Martinus diebus singulis ac noctibus horas  
 quinq; meditationi flexis genibus immobili firmitate im-  
 pendeat. Annua 1609. fol. 280 ~

S. Georgius Colibrand quosidie ab hora 9<sup>a</sup> ad 10<sup>am</sup> noctis  
 de Novissimis meditabatur. Vit. l. 3. c. 1 ~

Scipio Africanus nunquam rem aliquam arduam  
 auspicatus est, quin prius a Jove consilium & auxilium  
 pro felici successu petierit. N. yplinc. tex: 2. in Jove 5. Baroni: ~

Similia.

Est Oratio respectu animæ, quod nervi respectu corpo-  
 ris, sicut radix arboribus, sic illa virtutibus; vita est  
 animæ, ut anima corporis; est columna firmans animam,  
 ignis fovens & ardelevans, pretiosum & aromaticum un-  
 guentum

337.  
gentium cuius fumus usque ad Deum ascendit; anima  
in orbis medicina, fons gratiarum, Regina cui alic  
virtutes famulantur; in ea lapidea, ferrea, & adamanti-  
na mollescunt corda, & ut cera ad solis ardorem liquescunt  
per eam anima respirat, in ea ut in speculo interiora  
sua invehit, ea, ut turri fortissima, munitur, & contra  
omnes hostes victoriam reportat.

Moveant insuper multiplex orationis & utilitas & Medita.  
necessitas, ad vitia extirpanda, virtutes comparandas,  
meritum augendum, insidias demonum evitandas, vera  
que devotionem, & spiritualem (asylum) acquirendam; eius  
item equitas, dignitas, iucunditas, & facilitas; ad quam  
iuvabit plurimum Dei presentis continuum exercitium, Medita.  
recte vivendi studium, accelerata preparatio, sensuum custo-  
dia, alienarum curarum depositio, amor solitudinis, te-  
poris apta, & constans distributio; magna in oratione assi-  
duitas, reverentia, fiducia, attentio, in distractionibus ren-  
tientiis industria: quorum omnium aliquo deficiente, me-  
rito non exaudiuntur à Deo preces & orationes nostrae, cum  
tunc potius Deum tentemus (Ecc. 10.) quam precemur. Acce-  
damus ad eum ut illuminemur (Ps. 119.) quia Quia oramus  
sicut oportet, nescimus (Rom. 8.) Unde Christus (Mat. 10) dixit:  
Nescitis quid petatis, & (Math. 6.) Sic ergo orabitur & 2. Jo. 18.  
In nomine meo petatis (Ps. 119.) Or justus meditabitur sapien-  
tiam (Ps. 119.) Lex tua meditatio mea est, tota die medita-  
tio mea est, & Ezechias 1. a. 38. dicebat Deo: Recogitabo  
tibi omnes annos meos in amaritudine anima mee, & scire  
ut habetur Jerem. 12, Desolatione desolata est omnis terra quia  
nullus est, qui recogitet corde. Lemum quia bona est ora-  
tio cum ieiunio, ex Job. 2. hinc axioma invaluit: Qui nes-  
cit

cit tribulari, nescit precari, & illud aliud: Qui nescit orare, adeat mare, &c.

Autores.

Alphons: Rodríguez, Jac: Alvarez, Euseb: Nieremberg de Adoratione, Theophilus Bernardinus, Joan: Bussanus, Hierem: Drexelius, Bern: Rosignolius, Nicol: Lancizius, Ignatius Balsamon tract: de modo recte orandi, Ludov: Granatensis, Pet: Sanchez, Franc: Arias, Jos: Mansi, &c.

## Titulus CVIII.

### Orbis

Summa.

Sub hoc titulo compendiosè tractat Tobias Aster mira sanè & jucunda, quæ in Orbe haberi, vel evenire narrarunt Curiosi Historici, ut = De Moribus Gentium = Admiranda in Quadrupedibus = Avibus = Piscibus = Serpentibus = Aedificiis = Hortis = Artefactis = ac De Natura miraculis & portentis = Sed verò, etsi à nostro proposito omninò alienam non judicem horum notifiarè; quia tamen ab intenta brevitate, nimis deflectendum foret, transcribendo (ut expediret, ubi, unum præ aliis seligere, non est facile) singula; hinc ex toto ab his mihi duxi abstinendum, quæ in obviis concionibus attingere mihi rarò admodum fore necessarium judico. sit itaq:

## Titulus CIX.

### Otium

Definitio, & divisio.

Est vacatio seu cessatio ab utili negotio, si ab omnino opere cessetur, ut dormiens, Otium physicum si a præceptis, & utilibus præcise, otium Morale vocatur.

ex S. Scriptis.

Proy: 12. Qui sectatur otium, stultissimus est. Eccl: 7. Non operis laboriosa opera, & rusticationem creatam



ab Altissimo; Eccl: 14. Ne defrauderis a die bono,  
 & particula boni doni non te pretereat. Eph: 5. Vide-  
 re, Fratres, quomodo caute ambuletis, redimentes tem-  
 pus; 1. The: 4. Rogamus vos, fratres, ut operemini ma-  
 nibus vestris. Eccl: 40. Desideria occidunt pigrum, no-  
 luerunt enim manus ejus quidquam operari. Eccl: 34.  
 Multam malitiam docuit otiositas. Prov: 28. Qui ope-  
 ratur terram, satiabitur panibus, qui sectatur otium  
 reprobatur egestate. Matth: 7. Hac fuit iniquitas So-  
 domæ... otium ipsius & filiarum ejus. Prov: 10. Eges-  
 tatem operata est manus remissa.

S. Chrysost: ho: 18. in ep: ad eph: Nihil boni facere ex Patribus.  
 nihil aliud est, quam facere aliquid mali; & in 2. The: 3.  
 c. 3. Otiosus ad ordine suo & creatione deficit; S. Ambr:  
 1. 2. de Cain c. 2. Nulla sine labore virtus, quia labor  
 processus virtutis est; S. Hier: ep: 4. Facito aliquid  
 operis, ut te semper Diabolus inventat occupatum; S.  
 Aug: ser: 16. Nunquam quis civis caelorum erit, si otio-  
 sitatem amaverit. S. Bern: ser: de P. demort: Omnium  
 tentationum & cogitationum malarum colluvies est  
 otium; & 1. 1. de Consid: Otio velut janua utitur demon  
 ut illicitas cogitationum illecebras etiam in purissimas  
 mentes instillet; S. Chrysost: ho: 3. in Acta: Ferrum, quo  
 nemo utitur, rubigine consumitur; & ubique inutile  
 est: tale quid fit etiam in otiosa anima: rubigo enim  
 quaedam apprehendit illam, & consumit splendorem, &  
 alia omnia.

Gardavi quondam a sedentibus in Senatoria not- Exempla.  
 ta Senatoribus eleemosynam petit mendicis allegans  
 ocul-

oculūm se cruciare morbum, quem prodere pudor  
velaret; sed privatim de morbo sciscitatus qui sanis  
omnibus fruebatur membris, solo otio & pilyritia affi-  
gi se ac inutilem redditum scivus est. Engelp: Do: sept: 5: 2:

Sed & Romanus Cato neminem in civem Romanū  
admittebat, qui non prius manū suam inspiciendam  
dedit, eam que per labores induritam ac callosam  
ostendisset. Idem ibid: 5

Similia.

Sicut terra non elaborata & occupata semine quā-  
libet herbam producit, sic anima otiosa, sicut rubigo  
ferrum; ita visres emollit otium janua iniquitatis prin-  
cipium libidinis castrum dæmonis. Christum dicitur  
qui in laboribus fuit a juventute sua. Ps: 87. idque  
nos docet ipsa natura, nec non bruta animalia; otium  
ex instinctu fugientia. Seneca dixit Ep: 32. Otium sine  
litteris mors est, & vivi hominis sepulchrum, & Recte Ovi-  
dii: de remed: amor:

Motiva.

Otia si tollas, perire cupidinis arcus,  
Contempta que jacent, & sine luce, faces.

& L. Pont: eleg: 6.

Cervi, ut ignavum corrumpanit otia corpus,  
Ut capiant vitium, ni moveantur aqua.

Auctores.

Jo: Buisseris, Drexelius, Marchantius, Engelgrave,  
Faber, Stapleton, Langius, Stella, D'Outremar, &c.

## Titulus CX.

### Passio Christi

Definitio  
& Divisio.

Sunt Cruciatūs, & Mors à Christo pro generis hu-  
mani redemptione tolerati. Alia est interna, seu A-  
nimi, alia externa, seu corporis, cujus cruciatūs quin-  
que fuerunt præcipui, videlicet: Agonia sanguinea,

Flagellatio, Coronatio, Crucis bajulatio, & ipsa Crucifixio: Animæ verò sunt iidem & principales, nempe: Derelictio, Contemptus, Ignominia, Illusio, ac iniuria. Figura.  
 Figura Christi passivi, erant: Isaac (Gen: 22) Job (Gen: 3) Caper expiatorius (Levit: 6) Aries loco isaaci oblativus (Gen: 22) David prostratus habitus. (1-Reg: 21) Sampson (Jud: 16) Jonas (Ioh: 2) Agnus Paschalis (Exod: 12) &c.

Isa: 53. Cornus meum dedi percussioneis, & genas meas vellentibus, sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tonderite se obmutescet, Ps: 21. Foderunt manus meas & pedes meos: dimenerunt omnia ossa mea, Isa: 53. Non est ei species, neque decor, vidimus eum despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, Ps: 68. Sedit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, Ps: 68. Sederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto, 2-Cor: 5. Pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, Hebr: 12. Recognosce enim qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes, 1-Pet: 4. Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini, Hebr: 12. Per patientiam curramus ad propositum certamen aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextra Dei sedet, 2-Reg: 19. Vivit Dominus! (Dixit Ethar gethans Davi) quoniam in quocumque loco fueris, Dominus est mihi Rex, sive in vita, sive in morte, ibi eris servus tuus, idem & nos Christo Regi nostro prestare debemus.

S. Bern: in quodlib: O bone iesu, quid tibi est? ex 29.  
 mori

mori nos debuimus, & tu solus? nos peccavimus &  
 tu luis? opus sine exemplo, gratia sine merito, cha-  
 ritas sine modo. S. Aug: Dne, qui non servit tibi  
 quia redemptus est, merebitur, ut novus pro ipso infernus  
 fiat. Polos: c. 12. sacerdotum: Inestimabilis plane the-  
 saurus invenitur in Passione Christi, cui si te conve-  
 nienter adjunxeris, mirum in modum locupletaberis,  
 & in conclavi c. 10. 5. 7. Vita & Passio Christi Chris-  
 tianis omnibus sufficit ad virtutem omnem, & veri-  
 tatem persistendam, S. Iacq: Just: Linde oculos tuos  
 sanguine illius, suoque livore tuis medere vulneribus,  
 est quippe redemptionis cruor, & purificationis lavacrum,  
 S. Aug: l. 7. cont. haeres: Fluit est sanguis medicus, & fac-  
 tus est medicamentum phrenetici. Rabanus de laudo  
 cruc: Passio Christi caelum sustentat, mundum regit,  
 tartarum perfodit: in ea confirmantur Angeli, redi-  
 mantur populi, convertantur inimici. S. Leo serm: 9.  
 de quad: Terta atque secunda est expectatio promissa bea-  
 titudinis, ubi est participatio Unicae passionis; Origeres  
 ubi mors Christi animo circumferitur, nulla libido, nul-  
 lus furor nulla superare potest invidia, sed continue  
 ad ejus praesentiam totus ille peccati & carnis fugatur  
 exercitus. S. Aug: Multos Dei filios unicus fecit Dei Fi-  
 lius: acquisivit fratres suo sanguine: redemit eos, cum  
 ipse caperetur, manumisit eos cum ipse venderetur, re-  
 suscitavit eos, cum ipse moreretur. & in lib: de virg: Haec  
 in statera vestri cordis appendite, ut totus vobis figatur  
 in corde, qui totus pro nobis fixus est in cruce. S. Bern:  
 ser: 4. maj: heb: In Passione Dni tria specialiter con-  
 venit intueri, opus, modum, causam; nam in opere



quidem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur. S. Bonav: de Pass: Nihil in animata operatur universalem sanctificationem, sicut meditatio passionis Christi. S. Hier: sup: Math: Omnis creatura compatitur Christo morienti, sol, terra, petra, velum templi, sepulchra: solus homo miser non compatitur, pro quo solo Christus patitur. S. Greg: Naz: orat: 42. Per passiones Passionem imitemur. Prestat cum Christo, & pro Christo pati, quam cum aliis in deliciis versari. S. Laur: just: de cast: connub: c. 8. Non est obiectum in seruo, quod processit in Dño. Solorem serui dolor lenit Dñi. Th: a Kemp: l. 2. c. 12. Tota vita Christi crux fuit, & martyrium; & tu quæris requiem & gaudium?

Quidam peregrinus cum sacra loca Jerosolymis visitaret, ubi ad montem Oliveti venit, tanto desiderio patiendi & moriendi cum & pro Christo succensus est, ut rupto corde ibi expiravit. Spec: ex: dist: 5. ex: 28

Exempla  
Ovidius Erasm:  
S. Augustini

Hermannus de Allis instantis sui obitibus præsciis sibi legi petiit Dñicam Passionem secundum Matthæum & deinde secundum Marcum, & post miras ad singulas affectus ad hanc clausulam: Jesus emissa voce magna, expiravit, expiravit & ipse dulcissime. Chron: Erasm: S. Aug: l. 2.

Passionis Christi merito Frater quidam sine purgatorio ad caelos transiit, quia quosdam prope Crucifixum transierat, rogavit Christum, ut propter amaritudinem in cruce toleratam, sui morientis miserere. Spec: dist: 6. ex: 101

S. Bonaventura. S. Thomæ Aquinani factus est se ex Crucifixi imagine tanquam ex Bibliotheca scientiam suam hausisse. Mart: l. 1. c. 102. 2.

S. Franciscus Villanova in suis meditationibus non  
 aliam sumebat materiam, quam vitam & Passionem  
 Christi, dicitans, sublimiores materias se in cœlum ser-  
 vare. Hist. Soc. p. 2.

Similia.

Sicut Medicus prægustat cibum ægroto paratum sic  
 Christus erga nos, et cuius Passio, pignus, sigillum, fons  
 que est beatitudinis nostræ, in ea se gerens Dñs ut verus  
 Pater familias, Pastor bonus, Amicus, Sponsus, Liberato-  
 tutor, ac fidei iussor noster: Quot igitur nobis ad grati-  
 tudinem huius: sed et propria nos moveat Utilitas ex

Motiva.

Christi Passione meditata, et imitata proveniens, hinc  
 ad peccata vitanda, carnem subjungendam, dæmonem  
 vincendum, adversa fortiter toleranda; hinc ad virtu-  
 tes addiscendas, mortem feliciter obeundam, Purga-  
 torium vitandum, meritum augendum, Realitatem  
 consequendam. Accedat, nil Christo gratius, nil æquius,  
 nil iucundius, Passionis pia recolectio inveniri, eius-  
 demque amorosa compassio: unde oriatur affec-  
 tus gratitudinis, doloris, fiducie, amoris, ac patientie  
 perpendendo quis patitur, pro quibus, a quibus, ubi  
 quando, quantum, quomodo? Meditemur, imitemur,  
 compatiamur, ut conglorificemur.

Auctores.

Alph: Rodriguez, Bellarminus de 7. Verbis. Nie-  
 remberg, Drexelius, D'Utreman, Marchant, Lanci-  
 zius, Lud: Granalensis, Faber, Tyræus, Stapleton,  
 Ioan: Major, Laurelius, Langius, Leopold: Mancinus,  
 Luc: de Ponte, Laur: Forer p. 4. Vitæ Christi etc.

30 Tit.

## Patientia 9

Sic eam describit Jacobus Alvarez to: 2. l. 3. p. 2. c. 8.  
 §. 5. Est virtus, qua mala huius sæculi æquo animo sus- descriptio.  
 tinemus, ita ut propter illa nec interius immoderate tur-  
 beamur, aut tristemur, nec exterius aliquid minus honestum  
 aut decorum admittamus, Divitiarum unice solet ratione ma- Divitiarum.  
 teria, scilicet malorum quæ quis æquo suffert animo,  
 ut damna fortunæ, corporis, sumæ animi, proximi.

Eius actus sunt v. g. silere ad iniurias, suis pecca- Actus.  
 tis adventientia mala imputare; accusatis non se excu-  
 sare, non dolere in adversis, non petere ut auferatur  
 tribulatio; immo & afflictiones desiderare & a Deo pete-  
 re: quod perfectissimum est. Grævus verò sunt, mala Grævus.  
 quælibet patienter, libenter, hilariter tolerare 9

2. Cor: 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut ex 5. Scriptura.  
 Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in  
 necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in se-  
 ditionibus, in laboribus, in vigiliis. Job: 1. Dñs dedit,  
 Dñs abstulit. sicut Dño placuit, ita factum est. Sit nomen  
 Dñi benedictum, Iudith 8. Flagella Dei, quibus quasi ser-  
 vi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nos-  
 tram evenisse credamus; 2. Cor: 12. Placeo mihi in infir-  
 mitatibus: cum enim infirmor, tunc potens sum; Math:  
 5. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti  
 vos fuerint... gaudebe et exultate quoniam merces ves-  
 tra copiosa est in cælis. Jo: 16. Tristitia vestra vertetur in  
 gaudium; & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. 1. Pet:  
 2. Hæc est enim gratia, si propter Dei scientiam sustinet  
 quis

34<sup>o</sup>. quis tristitias patiens iniuste, 1. Thess: 3. Nemo moleatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus, Jac: 5. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt, Joan: 14. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit, Eccl: 2. In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis, Rom: 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, Hebr: 12. Quem enim diligit Dominus, castigat, Job: 12. Quia accepit oras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te, Prov: 16. Melior est patiens viro forti, 1. Pet: 4. Communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione eius gaudedistis exultantes, Eccl: 1. Usque ad tempus sustinebit patiens & postea reddet in iucunditate, Ps: 39. Secundum multitudinem dolorum, consolationes tue satisfecerunt animam meam.

ex Patribus.

S. Greg: hom: 6. sup: Evang: Tribus modis virtus patientia exerceri solet: alia namque sunt, quae a Deo; alia, quae ab antiquo adversario, alia quae a proximo sustinemus: in quibus omnibus vigilant: oculo debet semetipsam mens circumspicere, S. Aug: in Ps: 48. Quando bene est, lauda misericordiam: quando male est, lauda iustitiam, S. Hier: in c. 5. Ephes: Christianorum propria virtus, etiam in his, quae adversa putantur, gratias agere Creatori, Cassian: col: 16. c. 13. A passionibus, & sustentatione patientiam dici, nullus ignorat, S. Chrysost: Faciamus de necessitate virtute: hoc pacto, quae praeter spem obvenerint mala, in voluntatis officium commutabimus.



his, S. Ambr: serm: 74. Infirmatas corporis sobrietas<sup>347</sup>  
mentis est, infirmitas virtutum officina est, S. Greg: ho:  
19. in Evang: Divina dispensatione agitur, ut prolixiora  
vicia aegritudo prolixior extirpat, & l. 8. epist: 45. Quae  
debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia  
nos liberos demonstrat, S. Chrys: ho: 68. ad pop: Invidis  
& calumniis non patimur, sed illi qui faciunt, S. Ambr: or: 2.  
de mor: e. 8. tris: Deponere mortem, si potes, si non potes,  
include: aut absorbendus omnis, aut prementens est dolor,  
S. Chrysost: ho: 6. in sp: ad thes: Ne virum plus times quam  
Deum, & viduitatem non senties unquam, quia habes hi-  
torem immortalis, S. Greg: ho: 39. in ev: Sine ferro &  
sanguine martyres esse possumus, si patientiam veraciter  
in animo custodimus, & l. 6. ep: 27. Ego fidenter dico,  
quia minus pie vivis, si minus persecutionem pateris,  
S. Cyr: de perf: vit: christ: c. 20. Tolle charitati patientiam,  
& desolata non durat, S. Laur: iust: in liq: vit: l. 3. Univer-  
sum vite nostrae tempus, quaedam est vigilia solemnitalis  
aeternae. Vigilia utique non est tempus deliciarum, sed fletus  
S. Bonav: l. 2. de perf: rel: c. 36. Adversitas, quando cum  
impatientia est, triplex incommodum dat: Extrinsicus homo  
affligitur, & intrinsicus per impatientiam amaricatur, & in-  
super mala conscientia rodit mentem pro realu culpa,  
S. Aug: ser: 20. in append: Timeat, quem Deus (adversis)  
corrige non vult in saeculo, quia eum supplicio destina-  
vit post saeculum, Hugo l. 3. de arim: Magna virtus est,  
si non laedas, a quo laesus es. Mobile vindictae genus est, ig-  
noscere vicijs, S. Valer: l. de bo: cons: pac: Duplex patien-  
tiam manet victoria, hominem vitisse proprios animo-  
rum motus, & temperasse motus alienos, S. Bonav: Ser:  
3

348. ser. 3. de Ap: Patientia sola est omnium virtutum  
probativa. S. Nilus Paran: n. 122. Si ignominia affec-  
tus fueris, gaude: si iniuste, merces tua copiosa erit: si ve-  
rò iuste, & respueris, iam liberatus a flagello.

Exempla.

S. Phil: Nerijs per 30. annos multum in domicilio S.  
Hieronimi a quibusdam domesticis perpressus, nunquam  
adduci potuit, ut hanc domum relinqueret, nisi cum ius-  
su Pontificis coactus est. vit: 1. c. 18.

S. Ioban: Eleemosynarius, cum 13. naves, 1300. annis libras  
continentes, naufragio periissent, nil aliud dixit, nisi illud,  
Jobi: Dominus dedit: Dominus abstulit, causam que infortunii suis  
peccatis descripsit. Sur: 28. Jan.

B. Iacoponus vir nobilis & litteratus, rogatus à Chris-  
to apparente, cur stultitiam sic amaret, pia simplicitate res-  
pondit: quia tu stultior me fuisti, Domine. Cornel: in ep: ad Cor: 5. 204.

Senex quidam. frequenter aegrotare solitus, cum quodam  
anno liber ab omni morbo fuisset, graviter afflicti dicebat: De-  
us dereliquit me, & non visitavit me. vit: 1. 5.

S. Ferdinandus Crendelius Soc: Iesu, si quando verbo eum  
quis læsisset, altera die Sacrum pro illo faciebat. Iacolanis: in vit.

Cum Constantini Imp: Statua à furiosis hominibus sa-  
xis fuisset impetita, & Aulici eum ad vindictam incitarent  
ipse manu faciem oberrans, nihil, inquit, in vultu vulneris de-  
prehendo, non ergo vindicta opus est. Arxel: in Rosis p. 2. c. 5. 31.

Similia.

Sicut pelles in Coriarii manibus, sic nos sinere debemus  
extendere, percutere, affigere &c. et ut lapis quadratus, sem-  
per immobiles animo, ut rupes inter fluctuum impetus con-  
stantes & firmes, sic crescet, ut ignis, virtus nostra, quo plus  
fuerimus agitati, prastantioris que erit Leo & Angelis sapo-  
ris, quo fortiores, sub adversitatum torculari passi fue-  
rimus

rius pressuram. Crescemus ut rosa inter spinas, as-  
cendemus ut aqua angustiis conclusa, ut commota re-  
dolebimus unguenta proliosa

Et quidem in quovis stali patientia necessaria est, *Motiva*  
utilissima vero ad vitia curanda, ad purgatorium evi-  
tandum, ad virtutes acquirendas & augendas, ad salutem  
insecurandam, facit que Martyribus similes, deo appropin-  
quantes, Christi imitatores, omnia in bonum convertit.  
amara dulcificat, dura mollificat, iurgia avertit, iratos  
plecat & gratos reddit. Hanc assequemur, si Christi *Medic.* &  
& sanctorum exempla consideraverimus, ac Dei iudicium,  
ipsius patientie premium, temporis brevitate, gloria  
& eternitate pre oculis habuerimus: Non enim sunt co-  
digne passiones huius temporis ad futuram gloriam, 1. Cor: 2  
unde & ipse Apostolus ad Phil: 4. ait: Scio & humiliari, scio  
& abundare: satiari & esurire, & abundare, & penuriam pa-  
ti: in omnibus equali se gerens animo, ut Abraham, qui,  
teste S. Zenone Veronensi ser: 1. Nec mutatus est vultus e-  
jus, cum esset victima commutata, ad illa verba Gen: 22.  
& 13. Levavit Abraham oculos suos & Sponsus in Canticis  
c. 4. incipit dicens Messui myrrham <sup>meam</sup> in aromatis meis  
Dein sponsam vocat: Veni in hortum meum soror mea, qua  
ut liliam inter spinas appellat, ab ipsa que fusciculus myr-  
rha appellatur, hinc dum floribus salciti apparet simul &  
stipari malis postulat: in quibus omnibus dignitas, neces-  
sitas, utilitas, & iucunditas figuratur figuratur tribulatio-  
nis & amaritudinis: hinc Ovidius canit l. de remed: ano:

ut valeas animo quidquam tolerare nequibus.

ut valeas multa dolendo ferere

& dicit: Semper odoriferis proxima spina Rosis

Lan-

*Lancizius, Arias, Ant: Gaudier de nat. perf. p. 2. c. 13.  
 & p. 4. c. 21; Grexelius, Rodriguez, Nieremberg, Pet: San-  
 chez, Lyreus, Bern: Rosignolius, Pinellus, Mansi, Jac:  
 Corenus in Clypeo patientia, &c.*

## Titulus CXII.

### Paupertas.

*Definitio.* Est virtus, qua modestamur appetitum possidendi  
 res naturales, & solis necessariis secundum rationem sta-  
 tuis contenti sumus; ita P. Jac: Alvarez. alia est, qua  
*Subitio.* incidentem rerum penuriam patienter toleramus, alia  
 qua, possessa affectu abdicamus; & alia qua possessio-  
 nes relinquimus & affectu, & effectu: quae & Religiosa  
 Paupertas est, cuius actus sunt: nihil accipere aut dare  
*Actus* sine superioris facultate, nulla re tanquam propria uti,  
 nil superfluum retinere, vilissima in necessariis eligere,  
 ipsorum necessariorum carentiam aequo animo supporta-  
 re, libenter ea mendicare, si necessitas urgeat, aut obedi-  
 entia permittat.

*ex Script.* Ps: 61. Divitiae, si affluant, nolite cor apponere; Phil: 3.  
 Omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christi  
 lucrificiam; Luc: 14. Qui non renunciat omnibus, non  
 potest meus esse discipulus; Tob: 4. Pauperem quidam  
 vitam gerimus, sed multa bona habebimus; Math: 5. Be-  
 ati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelo-  
 rum; Ps: 9. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris  
 adiutor; Ps: 39. Ego autem mendicus sum & pauper. Dominus  
 sollicitus est mei; 2 Cor: 6. Sicut egentes, multos autem  
 locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia possi-  
 dentes; Apoc: 2. Scio tribulationem, & paupertatem.



tuam, sed dives es, - Luc: 16. Factum est autem, ut moreretur mendicans, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham; mortuus est autem dives, & sepultus est in inferno. Ps: 9. Non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum, non peribit in finem. Ps: 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Jac: 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se. Eccl: 31. Beatus vir, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunie thesauris. Is: 14. Pauperes fiducialiter requiescent.

S. Greg: ho: 5: in Evang: Hac in re, fratres charissimi, ex Patribus.  
affectum potius debemus pensare quam censum: multum reliquit, qui quantum libet parum, totum deseruit: multum dimisit, qui cum re possessa, etiam concupiscentiis renunciavit.  
S. Aug: epist 34 ad Paulin: Revera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit, habere contemnit. V. Beda: i: 4. in luc: Ad edificium temporale sumptus facimus, si non habita colligimus; ad spirituale sumptus facimus, si & habita relinquamus. Casarius Arelat: ho: 29. Nisi ex toto corde & affectu pauper sis, paupertas non virtus, sed miseria iudicanda est. S. Greg: ho: 32 in Evang: Non magnopere proderit, majores opes ac substantias contempsisse, si affectus earum in res parvas, atque exiguas transferatur. S. Aug: de verb: Apost: ser: 28. Non tibi displiceat paupertas tua, nihil eam potes diutius invenire: caelum emittit. S. Chrysost: ser: 18. in ep: do Hebr: Paupertas est manjoneatrix quaedam in via, quae ducit ad caelum, unctio athletica, exercitatio quaedam magna, & admirabilis, potius tranquillus. S. Bern: ser: 21 in Cant:

Avarus terrena esurit ut amicus, fidelis contemnit  
 ut Dominus: ille possidendo mendicat, iste contemnendo ser-  
 vat. S. Hier: Parva dimisimus, et grandia possidemus.  
 centuplicato favore promissa Christi reddimur. ja. m.  
 ep: ad Henric: O quanta beatitudo pro parvis magna  
 recipere, aeterna pro brevibus, et habere Dominum debitorum!  
 S. Laur: just: de lig: vit: c. 2. Sicut cum affluentia diviti-  
 arum crescunt peccata, sic voluntaria paupertate minu-  
 untur. S. Clim: gr: 17. Paupertas est p[ro]p[ri]a sollicitu-  
 dinum saeculi, iter ad Deum sine impedimento, expulsio  
 omnis tristitia, fundamentum pacis, munditia vite.  
 V. Beda in 2. Cor: Pauper in cella, dives in conscientia se-  
 curior dormit in terra, quam auro dives in purpura. S.  
 Bern: apud Mansi. Paupertas spiritus quatuor conformia  
 facit statusi peccatorum: Facit impassibilis, quia non volent  
 de temporalium amissione, immo de hoc gaudent; facit agiles  
 scilicet ad faciliter sequendum Christum. (Accenos reliquimus  
 omnia et seculi sumus te. Math: 19.) Subtiles ad caelum penetran-  
 dum, divites ad illud emendum: paupertate enim emitur  
 regnum caelorum. teste Augustino.

Exempla.

S. Arsenius, cum mortui fratris testamentum, quo haeres  
 declarabatur, ei oblatum fuisset, lacerato illo dixit: Ego prius  
 quam frater meus mortuus fui: nihil ergo de relictis ab ipso bo-  
 nis ad me pertinet. S. Pat: sanctus in Regno Dei p. 8. c. 9. fol: 240.

Cum S. Hilariem latrones infestantes quarent, an non  
 timeret, respondit: nudus latrones non timet. Gregorius c. 1. ca. 60.

Cum Abbas quidam communi panno non contentus prae-  
 sium sibi offerri curasset, eo mortuo, scintillae ex tali veste  
 emicare visae sunt in morem candentis ferri. lib: de Vir: illis: c. 10.

P. Andreas Oviedo, etiam dum episcopi munere fun<sup>353.</sup>  
gebatur, tanta erat paupertatis, ut ad Pium V. & Regem  
Hispania Sebastianum scripserit, Breviarium folia alba, &  
marines adhiberit. Hist. sac. l. 7. c. 19.

Alexander Humens episcopus a Superioribus contendit,  
ut sibi in pauperissimo collegii loco habitare liceret, quod tan-  
dem obtinuit, & in eo mortuus est. Ann. soc. 1652.

Ioannes Berchmanus per totam vitam deploravit, quod ali-  
quando patri cuidam imaginem dedisset, non impetrata prius  
a superiore (quem quaesierat nec invenerat) facultate expressa. vii. p.  
Sed & ipsi antiqui Philosophi divitias & opes, ut super-  
fluas & noxias contempserunt, ut Crates Thebanus, Ploton,  
Diogenes, Socrates, Aristides, & alii.

Sicut gravem & amplam portans sarcinam, sic nec divi-  
tes, per caeli portam aliquam poterunt intrare, & sicut li-  
ber ab onere & vestibus fortius bimecat, sic & pauper contra  
animae hostes, qui & ut nudus, facilius natat per mare hu-  
jus mundi, & ut exoneratus, liberius currit viam manda-  
torum Dei, promptiusque gravium apprehendet aere-  
num, & quae omnia sunt in motiva paupertatis amplec-  
tenda, & merita, exercenda ac profitenda, ut utilis & glorio-  
sa, utilis quia murus virtutum firmissimus; gloriosa, quia  
beatos facit non solum in & post, sed & ante mortem. Quo-  
niam ipsorum est Regnum caelorum, Divitiae contra su-  
in hac vita servas homines reddit, & in aliam aeternam mise-  
ros. Bene Seneca Ep. 10. dixit: *Honesta res est lata pau-*

portas: Cui cum paupertate bene convenit dives est, non  
qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.

Rodrig: Arias, & Ponte, Alvarez, Drexelius, Pinellus, <sup>Auctores.</sup>  
Planis, Pott: Hugo, Humbertus, Nieremb: Mansi &  
Fit:

## Titulus CXIII.

## Pax

*Definitio.* Universaliter dici potest: Plurimum partium tranquillus consensus; Dividitur in pacem cum Deo, quae est conformitas cum Divina voluntate; cum proximo, quae stat in tranquilla hominum interse conversatione; & pacem cum se ipso consistentem in passionum suarum subjugatione.

*ex Scriptura.* Job 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Is: 48. Non est pax impiis dicit Dominus; Ioan: 14. Pacem relinquo vobis non quomodo mundus dat: ego do vobis; Luc: 2. in terra pax hominibus bonae voluntatis; Rom: 14. Quae pacis sunt sectemur, & quae concordationis sunt in invicem custodiamus; 1. Cor: 1. Non sint in vobis schismata; siis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia; Phil: 4. Pax Dei, quae exuperat omnem sensum; 1. Tim: 2. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum; Matth: 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; 2. Cor: 13. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum; Jac: 4. Unde bella & lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentiis vestris?

*ex Patribus.* S. Leo in serm: Tunc est vera pax hominis, & vera libertas, quando & caro animo iudice regitur; & animus Deo praeside gubernatur; S. Aug: ser: 2. ad Fr: in eremo. Qui pacem cordis, oris, & operis non habet, Christianus dici non debet; & serm: 109. de temp: Meritum Christianae virtutis viscescit in cunctis, si unitatem non habet pacis; nec pervenit ad vocabulum filii, si nomen non habet pacifici; Rupert: in 6. Cant: Per malum discordiae locis aperitur in acie, unde ad ferientiam nos valeat hostis intrare; id.



Chrysost: ho: 34. in Gen: Si intra nos cogitationum nasci-<sup>353.</sup>  
tur tempestas, tumultus, & seditio, nihil externa pax nobis pro-  
derit; S. Chrysost: ser: 20. Si studeremus nobis in fratribus sub-  
venire (unum corpus nos esse considerantes) nec tanta corporu  
sed nec animorum naufragia sentiremus; Terent: ad Marc:  
Finibus vos inveniat muritos & concordia armatos, quia  
pax vestra bellum est illi; S. Greg: Max: Orat: 1. de pace. Qui  
paci bonum amplexantur, disensionem que oderunt ad divi-  
nas mentes accedunt; Angelicis enim & caelestibus copiis ni-  
hil tam proprium est quam pax & concordia; S. Aug: 3. 12.  
de verb: Apost: Multo est mihi optabilis, in vicum non habe-  
re, quam vincere.

Julius II. Pontifex cum Caesare & Gallo apud Camerarium <sup>Exempla.</sup>  
sacris iniens Hostiam in tres partes divisit singulis distribuens,  
addito hoc Christiano voto, ut sicut S. Trinitas unus est Deus,  
ita ipsi deinceps unanimis in hac consideratione permane-  
ant. Gerardus Mo. 6. 10. Hist: Aust: p. 95.

S. Fr: Xaverius adeo proprium Societati pacis ac concor-  
diae studium dicebat, ut assereret, Societatem Jesu nil aliud  
esse, quam Societatem amoris & concordiae. Lib: 7. epist: 9.

Tyresius quae sitis, cur Humanitas prius invicta, postea  
evestra fuisset, respondit: concordia victoriam, discordia exi-  
tium peperit. Plutarch: in graec: Apoph:

Pax armoniosa similis musicae in qua mire singula con- <sup>Similia.</sup>  
cordant & consonant; est sicut bene ordinatum horologium  
in quo rotae omnes in unum conspirant. ut turris firmissi-  
ma partibus invicem compactis sustentata, ut navis recte  
gubernata, in qua epibatarum multa elucet concordia.

Ad pacem tam internam quam externam acquiren- <sup>Media.</sup>  
dam plurimum conducet Dei mandatorum seditla ob-  
servatio

356  
servatio, & charitatis exercitatio, unionis que cum Deo  
per virtutum actus procuratio; pacis insulis amor & esti-  
matio, qua fiet ut eam pro viribus queramus, habitam  
teneamus, quandoque amissam quantocius recuperemus.  
Sapienter pronunciauit Seneca ep: 98. Omne hoc quod  
vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est:  
membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos e-  
didit, cum ex isdem, & in eadem gigneret: hac nobis amo-  
rem invidit inimicum & sociabiles fecit; & Cicero in Phi-  
belle ait: *Nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris:  
pax est tranquilla libertas.*

Auctores.

Engelgrave, Faber, Stapleton, Beyrlinck, Langius,  
Granatensis, &c.

## Titulus CXIV.

### Peccatum

Significatio.

Est actio libera, debita reuerentia carens, qua quis  
legem se obligantem transgreditur. Ita P. Jac: Albert:  
l. 1. p. 1. c. 1. Multifariam patitur divisionem, & quidem

Divisio.

1<sup>o</sup> ratione objecti dividitur in carnale & spirituale seu  
inquinamentum carnis & spiritus, ut loquitur Apostolus.  
2<sup>o</sup> ratione originis in Habituale, actuale, & originale.  
3<sup>o</sup> attenta lege, in Commissionis & omissionis. 4<sup>o</sup> atten-  
ta persona offensam, in peccatum contra Deum, proximum,  
vel seipsum. 5<sup>o</sup> ratione reatus, in mortale & veniale  
per se, vel per accidens tale; 6<sup>o</sup> tandem attento iure  
dividitur in internum & externum: quae omnia me-  
bra, ut satis ex Theologicis nota, hic ulteriori non e-  
gent explicatione.

ex scriptis.

Gen: 8. Sensus & cogitatio hominis in malum prona  
sunt

sunt ab adolescentia sua. Ps: 58. Ecce enim in iniquita-  
 tibus conceptus sum, &c. Isa: 64. Cecidimus quasi folium  
 universi, & iniquitates nostrae, quasi ventus abstrulerunt nos.  
 Eccl: 21. Quasi rhomphaea bis acuta, omnis iniquitas: pla-  
 ge illius non est sanitas. Luc: 16. Qui in modico iniquus  
 est, & in majori iniquus est, nam: Eccl: 7. Qui timet Deum  
 nihil negligit, & Eccl: 19. Qui spernit modica paulatim deci-  
 det. Isa: 59. Ecce non est abbreviata manus Dñi, ut salvare  
 nequeat: sed iniquitates & peccata vestra absconderunt vil-  
 tute ejus a vobis ne exaudiat. Ezech: 19. Si averterit se jus-  
 tus a justitia sua, omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recor-  
 dabuntur. Sap: 11. Per quae quis peccat, per haec & punietur.  
 Rom: 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum  
 intravit, & per peccatum mors. Sap: 14. Similiter odio  
 sunt Deo impius, & impietas ejus. Is: 57. Impii quasi  
 mare fervens quod quiescere non potest. Prov: 10. Favor  
 his qui operantur malum. Eccl: 11. A scintilla una augetur  
 ignis. 1. Cor: 5. Nescitis quia modicum fermentum totam  
 massam corrumpit. Deut: 25. Pro mensura peccati erit,  
 & plagarum modus. Apoc: 21. Nihil conquinatum intro-  
 ibit in regnum Dei. Joan: 5. Ecce sanus factus es, jam  
 noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Eccl: 21. Fi-  
 li, peccasti? ne adjicias iterum. Gal: 2. Si quae destruxi  
 haec iterum aedifico, praevanicatorem me constituo. Eccl: 5.  
 De propinitate peccato noli esse sine metu: neque adjicias pec-  
 catum super peccatum: misericordia enim & ira ab illo ci-  
 to promanant.

S. Aug: super Ps: 5. ad illa verba Rom: 6. Non regnet pec-  
 catum in vestro mortali corpore. Non dicit non sit, sed  
 non

*non regnet: inest peccatum, cum delectaris; regnat, cum  
 conueris; .s. isid: de sum: bo: l. 2. c. 20. Dupliciter reus est  
 qui aperte delinquit; quia agit & docet. .s. Aug: l. 2. de Crut:  
 c. 3. Bonus, etiam si seruiat, liber est: malus autem, etiam si  
 regnet, seruus est tot dominorum, quot uitiuorum; .s. Chrysost:  
 ho: 17. in Matthi: Multo acerbius est, Christum offendere, quam  
 gehennae malis vexari; & ho: 18. in Ep: ad Rom: Voluntarius  
 demon est peccatum, & spontanea insania; .s. Ambr: in Ps: 7.  
 Vel exigua scintilla peccati, si quo uitiuorum fomite fuerit  
 excitata, incendium graue excitat; .Oleaster ap: Mansi d. 2.  
 Fortia nimis sunt incensia peccatorum, quae comparantur  
 incendio calcis, quod lapides ipsos ita comburit, ut licet  
 integri videantur, intus tamen dissoluti sunt, aut proximi  
 dissolutioni; .s. Chrysost: Ser: 118. Reus peccati plus de consci-  
 entia, quam de gehennae cruciatur incendio; .s. Aug: ut ap:  
 Mansi dis: 7. n. 6. in ista uita uolens semen iniquitatis se-  
 minat peccator improvidus; in illa, metat fructum puni-  
 tionis inuitus; .s. Chrysost: ho: 5. ad pen: Ex peccato, bella, mor-  
 bi, atque omnes quotquot nos premunt, passionis; .s. Cyr:  
 Ser: 4. de lapsis: Hoc sunt peccata lapsis, quod graue fru-  
 gibus, quod armentis pestilens uasitas, quod nauigiis saeva  
 tempestas; .s. Basil: in reg: Qui ut filius, & non ut seruus,  
 obedit Deo, etiam in minimis timet offendere; .s. Chrysost:  
 in Rom: 7. Fugiamus modica mala, magna siquidem ab  
 illis nascuntur, ut in corporibus magni morbi contra-  
 huntur, quando modici contemuntur; .s. Greg: l. 10. Mor:  
 si curare parua negligimus, insensibiliter seducti, auden-  
 ter etiam maiora perpetramus; .s. Aug: in Ps: 49. An non  
 times minuta? projecisti molem; uide, ne arena obruaris; .s.*



S. Greg: in homil: Usitata culpa obligat mentem, ut nequam surgere possit ad rectitudinem; conatur, & labitur; S. Chryost: ho: 2: in Matth: Cogita, o homo, graviores esse culpas post veniam, renovatum vulnus pejus dolere post curam; molestius hominem sordidari post gratiam: nec mundari meretur, qui semetipsum post gratiam sordidat. S. Aug: in solil: Nil prosunt lamenta, si repitentur peccata. Kemp: l. 1. c. 22. O! quanta fragilitas humana! hodie confiteris peccata, & cras iterum perpetras confessa: nunc proponis cavere, & post horam agis, quasi nihil proposuisses.

Miles quidam ob adulterium humana facie spoliatus est, ut omnes eum, tam homines quam bestiae fugerent, donec per Confessionem pristinae formae restitutus est. *Exempla.*

S. Eamundus Cantuar: episc: dicere solebat: malo in rogam ardentissimum insilire quam in peccatum lethale consentire. *Surin.*

S. Catharina Senensis imphibica secum loquentis mulieris non tolerans fetorem nares obturavit, alias vomitura ut suo Confessario Raymundo interroganti asseruit. *Sur: in vita.*

Canonicus quidam Anbricus, cum post sanitatem a S. Francisco eum Cruce signante acceptam, consuetam teneam iterum laberetur libidinem, tota domo corruente, aliis omnibus illaesis, solus oppressus est. *S. Bonav: in vit: S. Franc: c. 11.*

Quidam recidivus sapius a Thoma Cantipratano absolutus, tandem que ad Episcopum pro absolute remissus, rogabat ut pro hac vice iterum se absolveret, sibi que divinam imprecabatur vindictam emendationem promittens: piam illi obtulit absolute nem: sed paulo post relapsus amarissima morte mulctatus exspiravit. *Cantiprat: l. 2. c. 30.*

S. Christophorus Ortiz Vir de Societate Apostolicus, quia Superiori Presideri designatus non prompte obedivit, fulmine

360. mine ictus inferat: licet Deus servi sui gloriam multis prodigijs posthac illustraverit. Hieronimus: doct. Aet. 5. 179.

Demodes puer formosus, cum Rex Lemetrus eo viso vellet abuti, se illico in ahenum aqua fervente plenum injecit mori mallens quam peccato tali contaminari. Plutarchi in vit. Romul.

similia. ut latrones incauti domum devastant, sic animam peccata neglecta, qua merito comparantur morbo, gladio, veneno, hydra, serpenti, vulpi, scorpioni, basilisco, felli, accipitri, diabolo, inferno, quia animam debilitant, ledunt, interimunt, mordent, decipiunt, amarificant, illudunt, cruciant, opprimunt que quasi pondus gravissimum usque ad inferos, atque suis detruunt catenis alligant.

Motive. Moveat ad fugam peccati mortalis, eius in ratione offensa gravitas, in reatu terribilitas, in se turpitudine & foeditas, in effectibus damnositas, in relapsu multitudo, in medela difficultas; Peccati vero venialis non pauca esse debent quoque damna, ut, quod perfectionem impediat, devotionem minuat, a gloria retardet bona opera inficiat, Dei gratias retardet, animam defodet, ad mortale proxime disponat, gravissimarum in Purgatorio penarum reos faciat, de quo etiam minimo strictissima in iudicio reddenda erit ratio. Quorum

Media. consideratio media dabit ad debitam peccati fugam ac detestationem.

Conclusion. Et sane nullum in terris verum malum praeter peccatum quod solum nos ducere potest ad aeternum malum: hinc Eccl. 11. habetur: Attende tibi a pestifero: fabricat enim mala, & Eccl. 31. dicitur vir qui inventus est sine macula & stabilita sunt bona illius. Prov. 14. Miseros facit populos peccatum ideoque Eccl. monet Deus: Tanquam a

a facie colubri frige peccatum). Ipse Cicero l. 3. tus. *367.*  
 cilian: dixit nullum malum esse nisi peccatum). Aristote-  
 l. 3. Ethic: *Melius est mori (aut) quam facere aliquid con-*  
*tra bonum virtutis.* Seneca de mor: *Iniquitas est ipsa sui*  
*pæna.* & Publius Mimis apud Pausanum in Parar: sic  
 pronunciavit: *tolerabilior est, qui mori iubet, quam*  
*qui male vivere;* sed verò ut alter quidam dixit: *Hu-*  
*manum est peccare; at in peccato perseverare, diabolicum,*  
 quare: *Qui stat, videat, ne cadat.* 1. Cor. 10. Si autem pec-  
 cavimus, ad vocatum habemus apud Patrem, Jesum Chris-  
 tum, qui & nobis Sacramentale contulit Confessionis re-  
 medium. dixit que: *Luc. 17. Ite, ostendite vos sacerdotibus,*  
*ubi in sacra piscina mundati, & ab omni lepra liberi*  
*vestis nobis datur nuptialis, ut in æternum possimus*  
*intrare convivium.*

Franc: Arias, Jo: Buisæus, Pet: Canisius, Jac: Al. *Auctores.*  
 varez, Nicol: Lancivius, Berndin: Rosigniolius, Phil:  
 D'ontreman, Lud: Granatensis, Jo: Peleus, Jos: Langius,  
 Matthias Faber, Laur: Beurlinck. Henr: Engelgrave,  
 Ant: Daurolinus, Jos: Mansi &c

## Titulus CXV.

### Perfectio Christiana

Est plena & absoluta finis sui ultimi consecutio. Di- *Definitio.*  
 vidi solet in perfectionem Vitæ *Activæ, Contemplativæ,*  
 & mixtæ *Exdivisio.*

Gen: 17. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Colos: 3. *Su-* *ex S. Scrip-*  
 per omnia autem hæc *charitatem habere: quod est vinculum*  
*perfectionis.* Matth: 5. *Estote ergo vos perfecti, sicut &*

362. Pater vester caelestis perfectus est. 1. joan: 2. Qui servat  
verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est, Math: 19.  
Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da  
pauperibus, & veni sequere me, Jac: 3. Si quis in verbo  
non offendit, hic perfectus est vir. ~

ex Patribus. S. Bern: in Epist: Nemo perfectus est, qui perfectior esse  
non appetit. S. Prosper l: 3. de vit: contempl: Domine tur uti-  
lis ratio, subsiciatur corpus animo, antithus Deo, & impleta  
est tota hominis perfectio, S. Bern: ep: 123. Indesessum  
proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem, perfec-  
tio reputatur. Lud: Granat: loc: com: fol: 115. Summa ra-  
tionalis creatura perfectio est, principio suo conjungi. &  
quò fuerit illi similior, eò erit perfectior. S. Laur: just: 62.  
de casto connub: Verus amor gradu uno contentus non  
est, ad aliora semper nititur & perfectiora. Th: Kempens:  
Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris. ~

exempla. De Patre Balthasare Alvarez revelavit Deus S. There-  
sia, quod tunc in terris ad excelsum ad eò Perfectionis gra-  
dum pervenerat, ut eo tempore nullus esset in aliori. vi: c: 11. ~  
P. Joan: de la Plaza Hispanus, Societatem jam Theologia  
Doctor ingressus, ita perfectionis omnes partes assecutus est, ut  
Novitius adhuc, Tronum Magister fieret, & in rebus spiritali-  
bus à gravissimis Patribus consuleretur. Annua an: 1602. ~

similia. Perfectio comparari potest materiali itinere in quo qui  
a via recta recedit, ad terminum non perveniet, sicut si in  
ipsa via sistat, ultro non progrediens, & similiter edificatio  
assimilari potest, quod ultio non perficietur, si debito or-  
dine non ascenditur à fundamentis successive ad cacu-  
men. Sic ergo à fundamento humilitatis constanter as-  
cendere



tendere conemus ad perfectionis culmen, charitatem sci 363.  
licet & strictam cum Deo unionem: hunc enim conatum a no- <sup>Motiva</sup>  
bis exigit Dei beneficiorum multitudo & excellentia, ad quæ <sup>in media</sup>  
iuvabit vehemens ipsius perfectionis desiderium, oratio assi-  
dua, lectio frequens spiritualium librorum, & sanctorum  
exempla ob oculos posita. Ascetarum que pia circa hoc  
documenta, inter quæ illud maxime advenendum, quo di-  
cunt: in via ad perfectionem non progredi, regredi est;

Alphons. Rodriguez, Ludov. de Ponte, Bern. Rosinoli, <sup>Auctores.</sup>  
Nicolaus Lancizius, Lud. Granatensis, Matthias Fieber,  
Jos. Lanquius, &c.

## Titulus CXVI.

### Perseverantia

Est virtus, qua in bonis operibus persistitur, & molestia <sup>Definitio</sup>  
ex laborum viliumitate proveniens superatur. <sup>in divinis.</sup> Alia est finalis,  
qua ad mortem usque exercetur; non finalis alia, qua  
solum ad tempus

Ps. 17. Persequar inimicos meos... & non convertar, <sup>ex Script:</sup>  
neque deficiam. Ecl. 27. Homo sanctus in sapientia manet  
sicut sol, stultus sicut luna mutatur. 1. Cor. 7. Unusquis-  
que in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. 2. Thes. 2.  
Patres, nolite deficere beneficientes. Luc. 9. Nemo mit-  
tens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno  
Dei. 1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Apoc. 2. Uti  
fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.  
2. Tim. 4. Bonum certamen certavi, cursum consum-  
navi, &c. 1. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in  
tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit  
mihi Pater meus regnum. Job. 2. Vitam illam expecta-  
mus,

34 mus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Apoc: 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Matth: 10. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. 9

ex Patribus. S. Hier: l. 1. contra Iov: Non queruntur in Christianis initia, sed finis & perseverantia. Paulus male cepit, sed bene finivit: iudae laudantur exordia, sed finis probatione damnatur. S. Ephrem adhort: 4. In quo vocatus es opere, firma anchoras & funes, ne in pelagus navis tua, paulatim impellatur. S. Bonav: in Ps: 66. Obedientia semen recipit, patientia fructificat, perseverantia melit. S. Bern: to: 2. ser: 66. Omnes virtutes absque perseverantia, contra vitia pugnare possunt, sed sine ea omnino vincere non possunt. S. Greg: p: 3. Past: c: 33. Qui inchoata bona minime consumant, dum proposita non perficiunt, etiam quae fuerint cepta convellunt. S. Bern: Quantumlibet cucurreris, si usque ad mortem non perveneris, gravium non apprehendes. S. Hier: l. 8. Aug: ser: 8. ad Ft: Recte inchoare, & non consummare recte, monstri portentique est simile, cum eni sic agitur, humano capiti cervicem pictor equinam iungit. S. Bern: in Epist: Scias, diabolus soli perseverantia invidere, quam solam novit a Domino coronari. S. Isid: l. 1. Synod: in fine: Non est beatus, qui bonum fecit, sed qui bonum incessabiliter facit. S. Bern: Perseverantia, victrix est ad meritum, mediatrix ad premium, soror patientiae, constantiae filia, amica pacis, sanctitatis propugnaculum. S. Laur: sust: de vit: c: 2. Perseverantia impetrat quod vult: si enim homo perseveranti petenti dat ex laqueo, perseveranti patienti, quanto magis Deus, qui sine laqueo

largissime donat quod petitur, perseveranter petenti  
donat ex amicitia? 365.

Simeon Susotionis filius tredecim annos natus, cum Exemplia.  
ad Monasterium Timothei Abbatis comitti petens repulsan-  
tulisset, quinque diebus & noctibus sine cibo & potu petere ve-  
vit mori ibidem paratus, nisi 5<sup>ta</sup> die receptus fuisset. Marol. l. 2. c. 8.

Senex quidam a juvene Monacho visitatus, cum expectare eum iussisset, & ipse interea obdormivisset, septem postea coronas juveni preparatas vidit, quod perseveranter septem tentationibus de se ne suscipiendo resistit. Pet. Sancti. p. 7. c. 9.

P. Petrus Rodericus per dimidiam horam crudeliter se flagellabat, ea animi constantia, ut eo ipso die quo obiit, idem similiter praestiterit. Engelgr. Rom. 3. post Paul. 6.

Diogenes monenti ut jam senex quiesceret a laboribus, quid, dixit, si in stadio currerem, oporteret ne jam meum vicinum cursum remittere, an magis intendere? Sant. l. 6. 9.

Sicut struthio, basi, sic vir bono inniti debet, vel ut Similia.  
viator, usque ad terminum tendere; Sicut uxor Loth, quia retro respexit, inutilis facta est; ita qui in via virtutis retrocedunt.

Sequamur exempla. 1. Christi Uni facti obedientis usque Motiva.  
ad mortem, ideoque tam exaltati. 2. SS. Martyrum usque ad sanguinis effusionem. 3. Secularium in negotiis & contractibus. 4. ipsarum materialium creaturarum, astrorum, fluminum, elementorum &c. & memores finis nostri, bre- Medita.  
vitalis vite, aeternitatis gloria sedemur bona opera, quotidie proponamus ea iterare, semperque nos incipere iudicemus usque dum cum Christo videre possimus. Consilium est.  
maimum est, Joan. 19. ne dicatur de nobis: Nec homo canit  
aedificare, & non potuit consummare, Matth. 10. in Christo  
am

ambulemus radicati. Colos: ut palma florentes, nec sa-  
 tiemur donec appareat gloria Dñi. Ps: 16. Praeclare  
 Seneca dixit ep: 82. in excelsis est beata vita, sed perseve-  
 rantia penetrabilis. hinc axioma: finis coronat o-  
 pus, & exitus acta probat.

Auctores.

Theophilus Bernardinus, Busanus, Drexelius, Nie-  
 rembergius, Pet. Sanchez, Jac. Alvarez, Hier. Platus  
 de bono status Relig: Lucas Pinellus, Engelgr. 2o: 3. Pent:  
 jos: Mansi, Ioan: Pko. virt: var: l. 6. c. 7.

## TITULUS CXVII.

Pietas erga parentes.

Definitio.

Est virtus, qua iis, qui orbus & educationis nostrae  
 principium sunt, debitum cultum tribuimus. Ita ex  
 S. Aug. l. 88. 22. q. 3. Actus sunt: Parentes honorare,  
 timere, amare; eis obedire, servire, subvenire.

Actus.

ex S. Scriptis.

Prov: 23. Audi patrem tuum, qui genuit te, & ne con-  
 temnas, cum seruerit mater tua. Eccl: 3. Qui timet Dnum  
 honorat parentes, & quasi Dñs serviet hjs, qui se genuerunt.  
 Exod: 21. Qui male dixerit patri suo vel matri  
 morte moriatur. Eccl: 3. Quam mala fama est, qui de-  
 relinquit patrem; & est maledictus a Deo, qui exasperat  
 matrem. Tob: 4. Honorem habebis matri tuae: memor  
 enim esse debes, quae & quanta pericula passa sit prop-  
 ter te in utero suo. Eccl: 7. Retribuere illis (Patri & Matri)  
 quomodo & illi tibi. Leuit: 8. Honora patrem tuum, &  
 matrem tuam, sicut praecipit tibi Dñs Deus tuus, ut  
 longo vivas tempore, & bene sit tibi. Eccl: 3. Sicut qui  
 thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.

ex Patribus.

S. Cyril: Hierosol: Cateches: Catech: 7. Christianorum est



367.  
prima pietas honorare parentes, & labores educationis  
rependere. S. Aug. ser. 7. de ver. Dñi: Amate parentes sed  
proponite Deum parentibus ex illo Cant. ordinavit in  
me Charitatem: quod sic explicat S. Hier. in Cant. Rectus  
ordo est post Deum amare patrem & amicos: si tamen ne-  
cessitas venit, ut utrumque servari non possit, deum in suos  
pietas est in Deum. & Epist. 10. ad Furiam: Honora patrē  
tuum, sed si te à vero patre non separat. S. Ambr. l. 8. in  
Luc. c. 7. Honora tuos parentes, quia Dei Filius suos hono-  
ravit: legisti enim: & erat subditus illis. Si Deus servili's  
quidni tu parentibus? S. Cyril. Alex. l. 4. in Gen. Parentes  
imaginem Dei quodammodo gerunt. S. Bern. Epist. iii.  
Sola causa, qua ne n liceat obedire parentibus, Deus est.  
ipse enim dicit: Qui amat patrem & matrem plusquam  
me, non est indignus.

<sup>Cancellarius</sup>  
Thomas Morus Angliæ Primas flexis genibus à pa-  
tre suo benedictionem solitus est petere. Padag. Christ. p. 1. c. 6. 47. Exempla.

Adolescens quidam 18. annorum in pabulum actus  
repente capillo & barba cana visus est, Deo ita indican-  
te ad quam aetatem ille pervenisset, si morigerum se pa-  
rentibus præbuisset. S. Bernardin. to. 2. f. 17. Rom. 2. Quisq. 2.

Lyparis Adolescens Neapolim profectus est, ut patrem  
è prædonum manibus liberaret, & ita in servitutem se de-  
dit, patreque libertati restituto, ipse remò addictus in præ-  
donum potestate permansit.

S. Fr. Xaverius in Indiam proficiscens persuaderi non po-  
tuit, ut modico revertitulo patriam revivisset. Hist. Soc. p. 1. l. 2.

Joannes Berchmans audita patris morte, de reliquo nil  
commotus dixit: jam verius clamabo: Pater noster qui  
es in caelis. vit. p. 2. sicut

Similia.

Sicut palmites, & qui vis fructus a suo trunco separati breviter arescunt, putrescunt &c, conjuncti verò virescunt, florescunt, crescunt; ita, filii respectu parentum conjuncti amore & reverentia, vel sejuncti a versione, impietate, negligentia.

Motiva.

Honor namque parentum et amor à Deo & natura ipsa precipitur ob ejus aequitatem, utilitatem, necessitatem; nec Christus modò, & sancti hanc virtutem nos docuerunt, sed & gentiles, ipsa que Bruta, quibus (ut ait s. Chrysost: hom: de Absalon) etsi natura denegavit rationem, non tamen denegavit pietatem. Dicebat Plato l. 2. leg: Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos ullius consulat; & Seneca l. 3. de Benef: c. 1. Parentes non amare impietas est; non agnoscere, insania; Cicero orat: post redit: Parentes charissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, civitas, libertas tradita est. & pro Plan: Pietas fundamentum est omnium virtutum; parentem ut Deum venerari, ac vereri debemus. Honoremus igitur, ac debito amore

Conditio.

parentes prosequamur, in opere & sermone, & in omni patientia, ut habetur Eccl: 3. v. 9. retribuentes illis (Eccl: 7.) quod illi nobis, proportionaliter generationem, educationem, nutritionem, protectionem, distationem &c.

Auctores.

Joan: Bursens in Viridario, Pet: Sanch: in Regno Dei, Jac: Alvarez. to. 2. Engelgr: Do: 1. post Epiph: Mat: Fisher in festo s. Nicolai, Bevrlicher, in festo s. Andrea &c.

## Titulus CXVIII

### Poenitentia

Definitio.

Est virtus, qua peccata nostra, ut sunt Dei offensæ detestamur, & eadem efficaciter expiare, & deinceps cavere statu-

statuimus. Dividitur in publicam, quā publica <sup>369.</sup>  
vel solemnī satisfactione, & privatam, cum privatim <sup>divisio.</sup>  
peccata desentes, pro iisdem satisfacere conamur. Huius <sup>Actus.</sup>  
actūs sūt: peccata sua recognoscere, oribescere, confiteri  
contrite desere, corrigere, & emendare. ea in se puniendo,  
contrarias virtutes exorcendo, & magno conatu vel remo-  
tus eorum occasiones in posterum evitando.

Matth: 3. Penitentiam agite: appropinquavit enim <sup>ex 8. Scriptura.</sup>  
Regnum caelorum; Mich: 7. Super hoc plangam, ulu-  
labo; vadam spoliatus & nudus, faciam plangentem velut  
draconem, & Duchum quasi struthionum; 2. Reg: 24. Pec-  
cavi valde in hoc facto, sed precor Dñe, ut transferas ini-  
quitate[m] servi tui, quia stulte egi nimis; dixit David ad  
Dñm. Isa: 1. Quiescite agere perverse, discite bene agere;  
Luc: 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes simul peribitis;  
Rom: 2. Secundum autem duritiam tuam, & impenitens  
cor thesaurizas tibi iram in die irae, & revelationis iusti-  
iudicis Dei; Prov: 1. Inreproationes meas neglexisti; ego quo-  
que in interitu vestro videbo; Eccl: 2. Si penitentiam non  
egerimus, incidemus in manus Dñi, & non in manus homi-  
num; & c. 5. Non tardes converti ad Dñm; subito enim  
veniet ira illius; Eph: 4. Induite novum hominem; Ezech: 18.  
Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis... om-  
nium iniquitatum eius, quas operatus est, non confortabor;  
Deut: 4. Cum que quaesieris ibi Dñm Deum tuum, inve-  
nies eum, si tamen toto corde quaesieris, & tota tribula-  
tione animae tuae; Jer: 18. Si penitentiam egerit gens  
illa a malo suo,agam & ego penitentiam super malo,  
quod cogitavi, ut facerem ei; S. Aug.

S. Aug: l. de util: pan: In tribunal mentis tua ascen-  
 de contra te, & reum te constituere ante te: noli te ponere post  
 te, ne Deus te ponat ante te, iuxta illud 1. Cor: II. si nos me-  
 ipsos dijudicavimus, non utique iudicavimus. S. Chrysost: l.  
 de repar: laps: Non temporis longitudine, sed affectus  
 sinceritate paritudo pensatur. S. Cyr: ser: de laps:  
 Quam magna deliquimus, tam grandia desideramus: alto  
 vulnere diligens & longa medicina non desit; penitentia  
 crimine minor non sit. S. Chrys: de compunct: cordis: Si  
 forte in corpore parum aliquid morbi pulsaverit statim  
 medicos adhibemus: anima vero cum quodam die vulneratur,  
 nec parva quidem pro ea nos cura sollicitat. S. Ambr: l. 2.  
 de pan: Tanta est penitentia medicina, ut mutare videa-  
 tur suam Deus sententiam, & sup: Luc: Novit Deus mutare  
 sententiam, si tu noveris mutare delictum. S. Ambr: ad viiq:  
 lapsam: Non aliud remedium constitutum est post baptis-  
 mum, quam penitentia solacium. S. Hier: ad Remet: Pani-  
 tentia quasi secunda post naufragium tabula sit miseris.  
 S. Chrys: ser: de pan: O penitentia misericordia mater,  
 & magistra virtutum, magna opera tua, quibus reos re-  
 solvis, lapsos relevas, recreas desperatos. S. Ambr: de  
 sion: bo: Ille, qui nos malos tolerat, non dubium est,  
 quin conversis clementer ignoscat. S. Ansel: in 1. cor: II.  
 Peccata sive parva, sive magna, impunita esse non possunt,  
 quia aut homine puniente, aut Deo plectente punientur.  
 cessat autem vindicta divina, si conversio praecurrat huma-  
 na. S. Chrysost: no: 6. in Math: In secularibus iudiciis  
 quantumlibet post acceptam sententiam lugeas, non  
 tamen effugies flendo supplicium: At vero si totocaf de



ingemueris ad Deum, solvisti repente sententiam, S. <sup>377</sup>  
Hier: sup: Math: *Amaritudinem radicis dulcedo pomi  
compensat: Dolorem medicinae spes salutis mitigat: qui  
desiderat nucleum frangit nucem; penitentiam que adit,  
qui vult eterno adherere bono, S. Aug: in 2<sup>o</sup> 144. Deus  
conversioni tuae indulgentiam promisit, sed dilatori  
tuae crastinum diem non promisit, S. Greg: in Moral:  
solus alienus a fide est, qui ad agenda penitentiam  
tempora senectutis expectat: metuendum est enim, ne,  
dum sperat misericordiam incidat in iudicium, Kemp:  
l. 3. c. 52.*

*In vera contritione nascitur spes veniae, repa-  
ratur gratia perditā, taetetur homo a futura ira.*

*Præter exempla S. Petri, M. Magdalene, Mariz & <sup>Exempla.</sup>  
giphace, Pelagie, Augustine & apud Surium, alia  
que, in sacris litteris obvia, ut Davidis (2. Reg: 12) Isra-  
elitarum (Judith 4) Publicani (Luc: 18) Filii prodigi in  
parabola (Luc: 15) Minivitarum (Jone 3) Acab (3. Reg: 12)*

*Babilas Comicus auditis in templo verbis: Agite peni-  
tentiam, statim vitii renuncians a se expulit duas mulier-  
culas quibus abusus fuerat, quæ ut sociæ fuerant peccati  
vouere esse & penitentia, sicque illo in quadam terræ  
recipientes, ipsæ in domuncula ei vicinâ, severissimam  
omnes egerunt penitentiam. Hier: Sancti in Regno Dei p. 4. c. 5.*

*Philippus Comes Namurcensis mori proximus tanta  
penitentia ducis nolebat ut corpus suum sacro donare-  
tur solo, dicens: ut canis vixi, ut canis sepeliar expedit, sed  
Deus talem penitentiam claris compensavit portentis sibi  
gratissimam. Casarius l. 2. hist. 2. mirac. c. 18.*

*Sicut terra tempore æstivo, sic anima ut fructificet, de-  
bet lacrymarum aquis irrigari tempore suæ siccitatis.*

Similit.

Ut equum indomitum, sic flagella domant corpus reluctans; sicut aqua ignem, sic lacrymæ extinguunt vitiorum ardorem; unde penitens deus exultat ut victor de bellatis hostibus; ut nauta ceperante procella, ut viator adepto termino, ut servus libertate obtenta: magna

Motiva.

namque est penitentiae equitas, necessitas, vilitas, facilitas, & iucunditas; eam a Deo impetremus, orando;

Modi.

peccata agnoscendo, detestando, emendando, puniendo, & contrariis virtutibus ex toto curando; ad omne impedimentis penitentiae cavendo, ut sunt: desperatio ob humilitatem peccatorum, timor recidivæ, horror difficultatis, respectus humani, etc., sed e contra serio spoliantes viderem

Conclusio.

rem hominem cum omnibus actibus suis, & novum induendo (166:3) ut aquilæ nostram juvenitatem renovando (2:12) & quasi renascendo ex aqua lacrymarum, & spiritu s<sup>to</sup> (Luc: 13.) plorando scilicet die ac nocte cum Jeremia (1:9) cibati pane lacrymarum, earum que aqua potati (2:7) in mensura tamen, discretionis scilicet, & prudentis directionis ~

Auctores.

S. Albertus Magnus in Paradiso animæ hoc V. Franc: Labara edd.; Pet: Sanchez, Ludov: Granatensis, Mathias Faber in opere tripartito, et auctuario, Beylinc, in Festo S. Magd: them: 2<sup>o</sup>, Stapletonus, Busceus, Mansi, &c.

## Titulus CXIX.

### Procrastinatio Penitentiae

ex S. script:

Ecc: 8. Non tardes converti ad Dñum, & ne differas die die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Luc: 14. Cujus vestrum asinus vel bos in puteum cadet, & non continuo extra-

het

het illum 3. Eccl: 3. *Condurum male habebit in novis-*  
*simo,* 2. Cor: 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, Deus: 23.*  
*si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum,* Eccl: 7.  
*Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confi-*  
*tere. A mortuo quasi nihil, perit confessio,* Eccl: 9. *Ne*  
*adicias peccatum super peccatum. & ne dicas: miseratio*  
*Dñi magna est, multitudinis peccatorum meorum misere-*  
*bitur: misericordia enim & ira ab illo p̄ cito proximant,*  
*& in peccatores respicit ira illius,* Eccl: 7. *Ne impie agas*  
*multum, ne moriaris in tempore non tuo,* Gal: 6. *No-*  
*lite errare, Deus non irridetur,* Ps: 94. *Hodie si vocem*  
*ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. ... 40 annis*  
*proximus sui generationi huic. ... ipsi vero non cognove-*  
*runt vias meas,* &c.

S. Antonin: p. 2. tit: 9. c. 13. §. 1. *Navis ultra modum* ex Patris  
*onerata deprimitur, aquisque obruitur. caveamus, ne,*  
*cum spe veniæ multa vitia nobis colligimus, antequam*  
*speratos portus respicere queamus, naufragium faciamus*  
 S. Aug: in Florileg: *Penitentia sera, raro vera,* S. Chrys:  
 ho: 7. in Var: *ut per observantiam legis vita acquiratur,*  
*ita per contemptum mors a contumaciis invenitur* S. Aug:  
 serm: 37. de temp: *Datur quidem etiam in extremis pe-*  
*nitentia. sed penitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma*  
*est: penitentia, quæ a moriente tantum petitur, timore*  
*meo, ne & ipsa moriatur,* & ser: 102. *Quanto diutius ex-*  
*pectat Deus, tanto gravius vindicat.* S. Greg: ho: 11. in Ev:  
*Qui tempus congrue penitentiae perdidit, frustra an-*  
*te regni januam cum precibus venit: ibi jam a Deo nō*  
*potest mereri, quod petit, qui hic noluit audire, quod iussit*  
 Innoc: III. ser: 2. de Adv: *Iusto Dei iudicio fit, ut, quia*  
cum

cum potest homo converti, & non vult: cum vult con-  
verti non possit: tunc enim securum est homini pani-  
tere, cum potest ipse peccare. S. Antonij: p. 1. lit. 9. c. 13.  
O nimia insania hominum: pudet sorores abstergere,  
& non pudet contrahere. S. Bern. de modo bene vivi:  
Qui securus cupit esse in morte de indulgentia in sani-  
tate penitentiam agat. S. Casar. Arelat. ho. 6. Cum  
multos noverimus, cum sani essent, & frequenter dixis-  
se, penitentiam se toto corde desiderare; sed tamen,  
quia illam statim agere noluerunt, sine ipsius remedio  
de hoc seculo recesserunt.

Exempla.

Quidam defunctus ex divina dispensatione alle-  
ri apparet, ad nostram eruditionem in memorabilia  
hæc prorupit verba: O cras, cras! quam longam restim  
mihi fecisti, & in barathrum mortis procrastinando  
traxisti. Dionys. Carth. in spec. de amat. mundi.

Tōletū in Hispania juvenis quidam Clericalem am-  
plexus vitam deinde in canonicam cooptans, primū ho-  
nestis, dein pravisimis deditis moribus, febriçula tan-  
corruptus sensim ad vitæ extremam deductus est, quin per-  
suaderi unquam posset ipso adhortante talia Prelato,  
ut scelerum paniteret, semper reponente eo non adeo via-  
nam imminere mortem; sed eheu! impariens omutescit,  
ei ratio turbatur, respiratio cessat, moritur; cumque hinc  
adstantes ante Crucifixi imaginem psalmum de Profundis  
pro eo occinerent, ad illa verba. Fiant aures tuæ intenc-  
tes: ecce Christus aures obfudit fulminans: Quia voca-  
vi te & renuisti: ego in inferni tuo ridebo. Zohentuar in Pronar.  
lorio 1. 4. 2. n. 25.

similia.

Sicut corvi canis ingratus, sic & impenitentium  
Cras-Cras, putredidini pariter insidentium. Sed quot  
hu



huius procrastinationis damna! quot pericula! quis <sup>375.</sup>  
 eximus! profecto si hodie non es paratus (ut recte Kemp) <sup>damna.</sup>  
 quomodo cras eris: Cras est dies incerta, & quid scis, si cras  
 vivum habebis? quod plus differitur conversio, eò difficilior  
 redditur: sicut piscis se in retibus agitando magis invol-  
 vitur: unde Isaias dicit: Ve, qui trahitis iniquitatem  
 in funiculis: durant quidem in bonis dies suos, sed &  
 in puncto ad inferna descendunt (iudic. 4.) dum repentinus  
 eis supervenit interitus. ubi infixae sunt gentes in interi-  
 tu quem fecerunt, ut habet Psalmus. Ergo Vigilemus, &  
 domui nostrae disponamus, quia forsitan hodie animam  
 a nobis repetent.

## Titulus CXX.

### Prudentia

Est, iuxta S. Augustinum, rerum appetendarum fugi- <sup>Definitio.</sup>  
 endarumque scientia: hoc est: Practica virtus per quam  
 & finis honestus praesigitur, & media ad hunc obtinendum  
 congrua eliguntur; si ad finem tendat supernaturalem,  
 supernaturalis dicitur; si ad Naturalem, Naturalis, <sup>Divisio.</sup>  
 quae est vel Monastica, vel Politica, vel Aeconomica vel  
 Militaris pro subjectorum & munerum differentia &  
 eius actus praecipue in Consilio, iudicio, & propria vo- <sup>Actus.</sup>  
 luntatis imperio exercentur; quibus autem sunt: Ni-  
 hil unquam poenitentia dignum agere, ex mente epi-  
 charis; Nilil admirari tam acciderit, (Cicero in Epist.)  
 Nullo casu adverso turbari (Seneca ep. 66.)

Math: 10. Estote prudentes, sicut serpentes, 1-Pet: 4. <sup>ex 1. Scrip-  
 turis.</sup>  
 Estote prudentes, & vigilate in orationibus: Prov: 10.  
 Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Job: 28.

job: 28. Ecce timor Dñi, ipsa est sapientia: & recedere  
 a malo, intelligentia. Deut: 32. Gens adsque consilio  
 est, & sine prudentia: utinam saperent & intelligerent,  
 & novissima providerent. Prov: 28. Rex indigens pru-  
 dentia, multos opprimet per calumniam, & c. 11. Rex  
 non est gubernator, populus corrumpet; salus autem ubi  
 multa consilia. c. 14. Sapientia edificabitur domus,  
 & prudentia roborabitur. c. 3. Beatus homo, qui  
 affluit prudentia: melior est acquisitio eius negotiatio-  
 ne auri & argenti, & purissimi fructus ejus. c. 4. Pos-  
 side prudentiam... ne dimittas eam, & custodiet te;  
 dilige eam, & conservabit te. c. 3. Unus sapientia  
 fundavit terram, & stabilivit caelos prudentia. c. 9.  
 Scientia sanctorum, prudentia. c. 19. Custos prudentie  
 inveniet bona. c. 8. Mea est prudentia... per me Re-  
 ges regnant, & legum conditores iuxta decernunt: per  
 me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam  
 ex Pribus. S. Bonav: l. de grad: virt: c. 9. Altus gradus pru-  
 dentia est, ordinare vitam secundum exempla sancto-  
 rum: altissimus, ordinare secundum exemplum Christi.  
 S. Chrysost: ho: 9. in Matth: Prudentem dico, non scien-  
 tem & doctum, sed sensatum & mente acutum, qui po-  
 test rerum ponderare naturas, & secundum quod potest,  
 rationabiliter omnia agere. S. Bern: in Concl: Virtus dis-  
 cretionis absque charitatis fervore jacet; fervor vehе-  
 mens absque discretionis temperamento precipitat, iac-  
 ser: 49. Discretio est quadam moderatrix & aungia vir-  
 tutum, ordinatrix que affectuum, & morum doctrix:  
 tolle hanc, & virtus vitium erit. S. Basil: de consil: mor:  
 in omni, quae suscipitur actione, antecedere prudentia  
 debet

debet, & hom: 12. Prudentia est virtus, quam si quis <sup>377.</sup>  
rite sectatus fuerit, nunquam ab officio virtute que ab-  
sedet, nunquam vitiorum pestem incurret, & de consi-  
monast: c. 18. Ratio & prudentia rebus bonis tempus  
& modum definiunt. S. Amb: 1. de parad: c. 2. Non angus-  
ta quaedam, sed dives utilitatum prudentia est, quae plu-  
ribus prosit. S. Basil: orat: 12. Homo consilii expertus  
similis censeatur navigio rectore carenti, quod ventorum  
impetu huc illuc que impellitur. Cassian: Collat: 2. Est dis-  
cretio non medioris quaedam virtus, nec quae humana  
passim valeat industria comprehendere, nisi divina fuerit  
largitate collata. ☉

S. Catharina Senensis tanta erat prudentiae femina <sup>Exempla.</sup>  
ut a variis Pontificibus in gravissimis legationibus adhi-  
beretur. Brev: Rom: 30 April: ☉

S. Bembo Abbas interrogatus, dicere solebat: da mihi  
cogitanti tempus, & non nisi re pensata, & Deo per oratio-  
nem consulto, respondebat.

S. Jacobus Lynex ita ad omnium ingenia se apta-  
bat, sermonem que prudenter temperabat, ut hoc pacto  
plurimos sibi & Deo lucrificaret. Biblioth: Soc: ☉

Sicuti Gustu inter cibos, sic prudentia inter agen- <sup>similia.</sup>  
da discernimus & eligenda; quod nisi sunt civitati,  
hoc anima est prudentia, per quam ab insipiente sa-  
piens, sicut per iudicium adultus ab infante distinguitur.  
Ad hanc virtutem, sectandam, ejus non vere debet tamen <sup>Motiva.</sup>  
tesitas, quam utilitas, dignitas, jucunditas, & securitas.  
acquiritur autem: media oratione, meditatione, discussio- <sup>Media.</sup>  
ne conscientiae assidua, reflexione, consultatione sapientium  
librorum lectione, temporum experientia, historiarum me-  
moriam

moriã & Cavendum tamen ne loco spiritualis pruden-  
 tia, quæ, ex Apostolo, vita & pax est; acquiramus carnis  
 prudentiam, quæ ex eodem, mors est; ita ut de illa dici pos-  
 sit, ah! d. Sap: 7. Omnia bona mihi pariter venerunt cum  
illa; de hac autem mala singula provenire verificantur, un-  
 de damna! fatentur: Sap: 5. Nos insensati ... ergo erravimus  
quid nobis profuit superbia ... in malignitate nostra co-  
 c. 25. simples sumus. Quia propter ecclesiasticis monet eas. Fili,  
 sine consilio nihil facias, & post factum non penitebit. &  
 ad Gal: 3. Beimensati O insensati Galatae, quis vos fasci-  
navit non obedire veritati? ... sic stultus estis, ut cum spi-  
 riti cœperitis, nunc carne consummemini? Prov: 8. Relin-  
quite infantiam, & vivite, & ambulante per vias prudentiæ  
ipse Aristoteles dixit Moral: 6. Constat neque proprie bo-  
num esse sine prudentia, neque prudentem sine virtute  
moraliquempiam esse. Sed & hic Auctor noster longam  
 ingerit Dictaminum seriem, quibus prudentiam nos do-  
 cuerunt ipsi Philosophi Antiqui, maxime ex Seneca Epis-  
 tolis, unde sane ad omnes, etiam Christianas, virtutes erui  
 possunt maxima & media prudentis imo. Nobis tamen  
 hic non vacat, eas omnes miras sanè, transcribere senten-  
 tias, quarum aliquas comparsim dare consuevimus, cum  
 eodem Exemplari nostro, circa titulorum suo ordine mate-  
 rias.

Auctores.

Drexelius, Busæus, Arias, Ant: Gaudier, Jac: Alvar:  
 Petrus Sanchez &c.

## TITULUS CXXI.

### Purgatorium

24. hinc. Ex S. Augustino in Enchy: c. 109. est locus subterraneus,



sive receptaculum, in quo anima Defunctorum pro peccatis quoad penam necdum plene remissis satisfaciunt. De ejus existentia dubitare non licet, vel ex hoc Machab: veritas  
 12. Salubris est consilio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, sibi locum, & penas variatur à Doctoribus; verius tamen apparet, dari locum determinatum in terra centro, ubi anima piacularibus flammis cruciantur donec maculas rugas que peccatorum ex toto deleant, ut in calum valeant introire

Ps: 141. *Edue de custodia animum meam ad confitendum nomini tuo, me expectant justi, donec retribuas mihi.* Luc: 12. *Dico tibi, non exies inde, donec solvas novissimū quadrantem.* 1. Cor: 3. *Uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit.* Malach: 3. *Purgabit filios levi, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Dño offerentes sacrificia in justitia.* Zach: 9. *Eduxisti vincula tuos de lacu, in quo non est aqua, in sanguine testamenti tui.* Mich: 7. *iram Dñi portabo, quoniam peccavi ei: donec causam meam intoret, & factat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius.* Is: 24. *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carere, & post multos dies visitabuntur.* Ps: 39. *Comprehenderunt me iniquitates mee, & non potui, ut viderem.* Job: 13. *Cur faciem tuam abscondis?*

S. Bern: de 3. region: *Tria sunt loca, quæ mortuorum anima diversis meritis sortiuntur, infernus, Purgatorium, Calum, in inferno impii, in purgatorio purgandi, in Calo perfecti.* S. Aug: ser: de igne purgat: *Ille ignis, etsi non sit æternus, mirò tamen modo gravis est; superat enim*

380. omnem penam, quam homo unquam passus est in  
hac vita, vel pati potest; Synesius ep: 44. Demones  
sunt purgatorii, artem exercentes in animabus, quasi  
fullones in sordidis vestimentis; S. Cyril: epist: ad S. Aug:  
Nihil inter se differunt tormenta infernalium ab iis, quae  
sunt in purgatorio, quia eadem sunt magnitudine, sed  
unum est, quo differre possunt, quia infernales finem non  
expectant, & purgatorii pena sunt cum fine; S. Bonav:  
in s. de mortuis: Tenebrae in Purgatorio impediunt ope-  
rationem, vincula evasionem, mendicantiam solutionem,  
ferum afflictionem inducit, & to: 7. Compendi: 7. In  
purgatorio duplex est pena, una est damni de caren-  
tia divinae visionis, alia sensus de afflictione ignis, & quan-  
tum ad utrumque minima pena purgatorii maior est  
maxima pena mundi; S. Aug: ap: Mansi: Tantum in-  
terest inter ignem nostrum naturalem ab igne purgato-  
rii, quantum differt ignis pictus a vero igne naturali;  
S. Aug: ho: 16. de resid: l: 36. hom: Quanta fuerit peccati  
materia, tanta erit travendi mora; Kemp: l: 1. c: 34.  
Melius est peccata & vitia reserare, quam in futuro pur-  
ganda reservare, & c: 22. Si futuras purgatorii penas  
cordialiter perpenderes, credo, quod nihil rigoris formida-  
res;

Exempla.

S. Mechtildis quondam vidit animam cuiusdam de-  
functae a Christo in hortum amoenissimum deduci, in quo  
multitudo animarum videbatur mensae assidentium, qui-  
bus apponebantur ferula suffragiorum a viventibus  
oblativum. Syon: cart: de 4. Moysi: dial: de iudic: anim: art: 12.

Quidam Pater ex Ord: Præd: mense integro in pur-  
gatorio morari debuit, propter familiaritatem cum sa-  
culari-

cularibus nimiam, & solatia ex iis hausit. Spec. dist. 7. ex. 17.

Quidam in spiritu raptus, inter alios Doctorem quemdam in Purgatorio vidit, quem cum rogaret, an cito liberandus esset? scio, respondit Doctor, quod ante diem iudicii veniam non consequatur. Dion. Cart. ubi sup. a. 10.

Pater quidam nostre Societatis, eo quod non ea, qua par erat, alacritate & celeritate moribundis adstisset, post mortem invisibiliter id officium prestare, & sic interea visione beatifica carere debuit. Ex lit. mansc.

Quemadmodum palme aridas fructum ferre nequit a semetipso, ita nec animæ in purgatorio iam sibi prodesse non possunt; ubi, ut aluntur, igne purgantur usque dum rutilent sine macula. Atque ex his patet quam timenda Purgatorii pena, tum ob earum gravitatem, & diuturnitatem: tum ob incurrendam facilitatem, & libertatis difficultatem: eas tamen evademus, si sedulo imitationi Christi studuerimus, modo Christiano vixerimus, virtutes sectati fuerimus, misericordiam erga purgantes animas nunc exercuerimus, penitentiam, ac lustrandis indulgentiis dediti fuerimus, sanctos imitatione & oratione coluerimus, & ab omni nos culpa caute custodierimus: *Ua nobis* (s. i. t. quaricus Abb: s. 4. de purif:) si postea necesse sit illos nos igne purgari, quo nil vehementius in hac vita potest excogitari; ubi animæ exclamant illud Davidis Ps. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: nullum incola fuit anima mea*, & illud Job: 17. *Cogitationes meae dissipatae sunt: torquentes cor meum & doloris interni simul & externi quadruplicem causam*

Similia.

Mortua.

Media.

sam

sam assignat S. Bonav: s. de anim: scilicet: jugum in-  
effragabile, meritum impossibile, debitum insolubile, incen-  
dium intolerabile: unde in amaritudinibus moratur  
oculus (job:) mentis earum animarum, suspirantium usque  
dum veniant & appareant ante faciem Dei. & nobis adhuc  
in via existentibus dicentium: Miseremini mei, saltem vos  
amici mei, quia manus Dni tetigit me, manus quidem  
unica pœnæ temporalis sed acerbissimæ, licet non æter-  
næ

Auctores.

Lucas Pinellus de altera vita l. 1. c. 25. Lion: Carth:  
de Novis: Jac: Montfordus tr: de miser: animabus præ-  
tanda, Martin: de Roa, Georgius Ranch, Lanciz: opus. 6.  
Gaspar Tausch: in Matre dolorosa p. 3. c. 7., Jucoc: Anonies  
tr: de Purg:°, D'ontreman, Beyrlinck, Faber, Engelgrave  
jos: d. Jessu-MARIA, in Legato Animar:, Jac Haulinius in  
Lyro animar:, Laur: Kepplerus in subsidio animar: ~

### Titulus CXXII. Religiosus Status.

Definitio.

Est Status ad Christianam perfectionem per vota Castita-  
tis Paupertatis, & Obedientiæ tendens, ut definit P. Hier:  
Platus l. 1. c. 2.

Divisio.

Dividitur in Contemplativum, qui in so-  
laciis agitatione mentis, ut Monachorum Ss. Antonii,  
Basilii, Benedicli, Romualdi, Brunonis, &c. Activum, qui  
in externis Charitatis operibus exercentur, ut præcipue Mi-  
litares Ordines, & Fratres de misericordia, & in Mixtum  
ex utroque exercitio, ut Instituta Ss. Augustini, Brici,  
Francisci, Ignacii, & aliorum hujusmodi, alii sunt Men-  
dicanes, qui nullos stables redditus possident, ut hi 4.  
ultimi Eremitarum que S. Aug: & Carmelitarum; alii



Non mendicantes, qui tales reditus habent, ut Bene<sup>393</sup>  
dichini, & Regulares Canonici &c. Ex quibus omnibus  
armoniosa diversitate decoratur militans Ecclesia.

Math: 7. Intrae per angustam portam... archa via est, <sup>ex script:</sup>  
quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam, c. 19.  
Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, & da pauperibus.  
... & veni & sequere me. Eccl: 6. Injice pedem tuum in com-  
pedes illius, & in torques illius collum tuum. Sicut iace hume-  
rum tuum, & porta illam, & ne accedieris in vinculis illius.  
Ps: 44. Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.  
Gen: 12. Egredere de terra tua, & de conatione tua. & veni  
in terram, quam monstravero tibi... & eris benedictus, Eph:  
3. Obsecro vos, ego vincit in Dño, ut digne ambuletis vo-  
catione, qua vocati estis, Joan: 15. Positi vos ut eatis, &  
fructum afferatis, & fructus vester maneat, Ps: 83. Elegi ad-  
jectus est in domo Dñi mei magis, quam habitare in ta-  
bernaculis peccatorum, Eph: 2. Jam non estis hospites &  
advena, sed estis cives sanctorum, & domestici Dei, (Pet: 2.  
Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,  
populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui de te-  
nebris vos vocavit in admirabile lumen suum, 1. Cor: 1. Fide-  
lis Deus, per quem vocati estis in societatem filii ejus Jesu  
Christi Dñi nostri, Eccl: 24. Radicavi in populo honorifica-  
to... & in plenitudine sanctorum delectatio mea, Is: 43. Po-  
pulum istum formavi mihi, laudem meam narrabit, 3. Re-  
gum 10. Beati servi tui, qui stant coram te semper, & audi-  
unt sapientiam tuam, Ps: 26. Unam petii a Dño, hanc  
requiram, ut inhabitem in domo Dñi omnibus diebus  
vita meae, ut videam voluntatem Dñi, & visitem templum  
ejus, & Zech: 36. Multiplicabo eos, sicut gregem hominum,

384. ut gregem sanctum, --- & scient, quia ego Dominus.

ex P<sup>at</sup>ribus. S. Greg: ho: 20. in Ezech: Cum aliquis omne quod habet  
omne quod vivit, omne quod sapit omnipotenti Deo vouit,  
holocaustum est; S. Climac: gr: 2. Attendamus nobis ipsis,  
ne forte dum angustam, & arduam viam nos pergere asse-  
rimus, latam & spatiosam viam teneamus, nos que ipsos  
seducamus; S. Greg: orat: 12. Religiosorum opes sunt  
in paupertate, poenitentia in peregrinatione, gloria in contem-  
tu, potentia in infirmitate, fecunditas in celibatu; S. Bern:  
de conv: ad cler: Fugite de medio babilonis, fugite & sal-  
vate animas vestras; S. Laur: just: c: 7. de bis: mon: Cum  
omni circumspectione se studeat promoveri quisquis in  
hac sancta Collegia Deo dicata vocatus est, ne diaboli falla-  
cia, aut sui negligentia, amoveatur ab illo; & de mon: con-  
vent: c: 18. Est claustrum hortus conclusus, paradysus de-  
lectarum, virtutum schola, sanctitatis domus, castitatis  
custos, &c; S. Bern: in 4. cant: Sterilis non est in Mona-  
chis, quia nullus est infecundus. Omnes gemellis fratribus,  
quia verbo pariunt, & exemplo; & de bo: S. eliq: Quae est  
ista, quae so, tam pretiosa margarita, pro qua universa  
dare debemus, ut possimus eam habere? nonne haec est  
Religio sancta, in qua homo vivit purius, cadit rarius, sur-  
git velocius, incedit cautiùs, irroratur frequentius, quiescit se-  
curius, moritur confidentius, purgatur citius, remuneratur co-  
piosius, & ser: 1. de sanctis: Verè genus Martyrii est pauper-  
tas voluntaria, & ser: 46. in cant: In Ecclesia lectum, in quo  
quiescit, claustra existimo esse, & Monasteria, in quibus  
quietè vivitur a curis seculi; atque is lectus floridus be-  
monstratur exemplis & institutis Patrum; S. Laur: just:

de Monast: perf: c. 6. In hac peregrinatione nihil tam <sup>385</sup>  
efficaciter gerit in se imaginem caelestis patriae, quam  
Monastica conversatio. S. Aug: in Ps: 99. Libera servi-  
tus est apud Dñm, ubi non necessitas, sed Charitas  
servit... servus es Dñi; non te sic quaeras manumitti,  
ut reedas de domo Manumissionis tui. S. Bern: S. 1. de  
Dedic: Eccl: Crux nostra inuncta est, & per gratiam  
spiritus adjuvantis delectabilis est penitentia nostra,  
& ut ita dicam, amaritudo nostra dulcissima. Kemp:  
l. 1. imit: c. 19. Vita boni Religiosi omnibus virtutibus  
pollere debet, ut sit talis interius, qualis videtur homi-  
nibus exterius. ☉

S. Nicolaus Tolentinas, audita ab Augustiniano <sup>Exempla.</sup>  
quodam concionante, ponderatione verborum illorum:  
Nolite diligere mundum, statim Concionatorem adit  
summisque precibus in Ordinem admitti petit. <sup>Surius 10 Sept.</sup>

In Vita Patrum legitur, quod quidam viderit ean-  
dem gratiam descendentem super eum, qui habitum Re-  
ligionis assumit, ac super eum qui baptizatur. <sup>vii. 89.</sup>

S. Clarae post emissam Religionis professionem appa-  
ruit Christus, fulsus floribus ex quibus illi coronam im-  
posuit, eam deinceps in sponsam sibi acceptans. <sup>vii. p. 2. c. 24.</sup>

Card: Bellarminus dicere de seipso solebat: Cum es-  
sem Religiosus, nesciebam, quid in vita esset tristitia: sac-  
tus Cardinalis, nescio, quid sit letitia. <sup>Engelgr: in Com: Conf:</sup>

Sicut in excelso loco positus, inferiora videntur mini- <sup>Similia.</sup>  
ma, sic in Caelo Religionis constitutus terrena apparent <sup>in paribulo</sup>  
parva; sicut moribundus jam curas saeculi deponit; nec  
de traxino sollicitus est, sic Religiosus mundo crucifixus;

Maliva.

Media.

in nio & ut mortuus, nil sentit, & quicquid versus se circum  
ferri sinit, ut unius corporis membra se mutuo foveant ju-  
vant, & sufferunt. Religiosi, quorum Superior Caput, Pa-  
tor, Pater, Titulus, Protector, & Ductor est: unde motiva  
multa ad Religiosum statum amplectendum erui possunt  
sicut ex supra citato Ritmo s. Bernardi de bono Relig.  
de bono Relig. Media vero tum ad illum amplectendum  
in eo que perseverandum, sunt: ardens perfectionis desi-  
derium, obliuio terrenorum, caelestium aspirans cogitatio  
propositorum iugis renovatio, primi fervoris continuatio,  
frequens sibi interrogatio, cum Bernardo: ad quid venis-  
ti? in bene operando constantia, Regularum etiam mini-  
marum exacta observantia, vocationis & sui instituti ma-  
gna estimatio, & fervidorum exemplorum intuitio ac imita-  
tio: quibus positis Divina non deerit assistentia ex illo  
Ps. 88. Manus mea auxiliabitur ei & brachium meum  
confortabit eum, unde Deus quoque monet Religiosos Mat-  
th. 23. Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum  
suave est, & onus meum leve: quare David exclamat  
Ps. 137. O quam bonum & quam jucundum habitare fra-  
tres in unum: Habent enim (Eccl. 4.) molimentum Socie-  
tatis suae: si unus ceciderit, ab altero fulcietur: unde Item  
Psaltes Ps. 87. Beati (clamat) qui habitant in domo tua  
Dne: in sacula saeculorum laudabunt te: & contra in sa-  
culo quot salvis pericula? quot damnationis incurrendae  
media, ut recte indicat qui tecinit:

Mundus non mundus, qui mundos polluit: ergo

Dui manet in Mundo, quomodo mundus erit?

Axiomata.

Bene fert axioma: Servite Deo, regnare est: servire  
mundo, perire: & Monachus extra monasterium, & piscis



S. Joan: Chrysost: Contra vituperatores vite Monasticae Auctors.  
S. Thomas Opusc: 19., Cassidani de Instit: cenob: B. Alb. Mag: in Defensorio Mendicantium, Hieron: Platus de bo: stat: del: Nic: Lancizius Opusc: 1., Beylinck in Theatro, Bellarminus lib: 2. Controv., Manuale Sodalitatis B. V. c. 3. p. 4., Engelgrau in Calo Epyry de Com: Conf: &c.

## Titulus CXXIII.

### Resignatio in Divinam Voluntatem

Est actus charitatis Divinae, quo homo suam voluntatem cum divina in omnibus conformat. Actus eius sunt, omnia quae accidunt divinae voluntati adscribere, in omnibus justam agnoscere Dei dispositionem, nil ordini, nisi prius Dei voluntate explorato, & in eius beneplacito tam in adversis, quam in prosperis delectari. Gradus sunt, 1. Dei voluntatem in rebus precepti exequi, 2. etiam in rebus meri consilii, 3. Deo placentiora cognita semper praelegere.

2. Machab: 7. Beneficiat vobis Deus, & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno & animo volenti. Joan: 4. Meus vobis (dicebat Christus Dominus) est, ut faciatis voluntatem ejus, qui misit me. Ephes: 5. Ut filii lucis ambulatis, probantes, quid sit beneplacitum Deo. Matth: 7. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est. 1. Jo: 2. Qui facit voluntatem Dei manet in aeternum. 1. Jo: 7. 2. Mihi autem adherere Deo, bonum est, Matth: 12.

388. Quicumque facit voluntatem Patris mei, qui in  
cælis est, ille meus frater, soror, & mater est. 1. Cor. 1.  
Qui adheret Dño, unus spiritus est. Job. 2. Si bona  
suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipi  
amus. Eccl. 7. in die bona fructus bonis, & malam di  
em præcurre; sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus,  
ut non inueniat homo contra eum iustus querelas. Ec  
cl. 23. Nichil dulcius, quam respicere in mandatis Dñi.

ex Patris.

S. Aug. in Ps. 123. Qui sunt recti corde, qui non re  
prehendunt Deum, qui voluntatem suam ad Dei volun  
tatem dirigunt, non voluntatem Dei ad suam curvare  
conantur. S. Hier. ep. ad Julian. Tu te putas in virtu  
tum culmine constitutum, si partem offeras ex toto. Te  
ipsum vult Dñus hostiam viventem: te da Deo, non tua.  
S. Anselm. Solus Deus, quidquid vult, debet velle pro  
pria voluntate. cum igitur homo vult aliquid per pro  
pria voluntatem, auferit ei propria voluntatis privile  
gium, habendo quod ille solus debebat habere. S. Hier.  
ep. 28. ad Lucill. Aurum deponere incipientium est,  
non perfectorum; fecit hoc Crates Thebanus, fecit An  
Anksthènes: se ipsum offerre Deo, proprie Christianorum  
est; & ad Paulam de obitu Blesilla: Bonus est Deus,  
& omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. Mariti or  
ditas irrogatur & plango quod accidit, sed quia sic placet  
Dño, æquo animo sustinebo. Jo. Galer. de spir. peregr.  
Sincera oblatio ad omnem Dei voluntatem exequendam  
penitentiarum & indulgentiarum loco est. Nec aliquid  
libera voluntas melius agere potest, quam ut illi se co  
mendet, qui male agere non potest. S. Bern. *folius hu  
militalis*

389.  
militatis summa in eo videbatur consistere, si voluntas  
nostra Divinae, ut dignum est, subiecta sit voluntati. Eu-  
thym: in c. 12. Matthi: *Revera summum vitæ bonum est  
humanae voluntatis cum divina coniunctio.* - *Blas: in far-  
rag: insit: Inter omnes preces, quas Christus in hoc mun-  
do fudit, illa summa, & excellentissima fuit: Pater, non  
mea, sed tua voluntas fiat.* - *S. Aug: ser: 30. de Sanctis:  
vis gaudium habere sempiternum? adhære illi, qui sem-  
piternus est.* -

S. Macharius rogatus a duobus, quomodo orare de- *Exempla.*  
berent? respondit: non est opus multa verborum copia:  
Dñe Deus quomodo vis, ita fiat. *Ruffinus Aquil: n. 228*

S. Gertrudis à Christo sanitatem & morbum offeren-  
te, interrogata utrum eligeret? neutrum prælegit  
sed totaliter Divinae se commisit voluntati. *Blas: l. 4. c. 10.*

S. Lupus, cum ab Attila Trojam Galliae occupare volen-  
te quæsisset: quis esset, & ille respondisset, se esse flagellum  
Dei, mox Civitatis portas iussit aperiri dicens: Salve fla-  
gellum Dei. *Mausler: vol: 2. apud Rodig: p. 1. tr. 8. c. 23*

S. P. Ignatius totius Societatis, quam tanto labore  
erexerat, dissolutionem æquo animo laturum se profes-  
sus est, si sine culpa sua, id Deus disponeret. *Blas: l. 4. c. 10.*

Socrates æquali semper vultu visus est in tanta  
inæqualitate fortune usque ad extremum vitæ, ut tes-  
tatur Cicero. in quest. Acad: -

Sicut Heliotropium ad solem, sic homo ad Deum. *Similitu.*  
etiam nubo cælo debet se convertere, & sicut æger se  
in manus medici ad omnia consistere, sicut lutum in  
manus figuli, ut viarum ignarus, indifferenter se ha-  
bere donec ductor designet; ut lapis quadratus stabi-  
liri,

390. *liri & firmus persistere; sic enim expedit creaturas*  
*Mob'uz.* *erga Creatorem se gerere, estque utilissimum, in-*  
*Media.* *disimum, & ad pacem & inde gloriam obtinendam*  
*omnino necessarium; juvabit autem firma fides cir-*  
*ca Dei providentiam, fervens Charitas, propria volu-*  
*Conclusio.* *tatis assidua mortificatio, obediendi consuetudo, &c.*  
*Dicat unusquisque cum Davide Ps: 118. Dñe: tuus*  
*sum ego... paratus sum & non sum turbatus... Bo-*  
*num mihi, quia humiliasti me... cognovi, quia &*  
*equitas iudicia tua, &c. Ps: 56. Paratum cor meum*  
*Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam*  
*Ps: 5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos; hinc*  
*Deus dixit Act: 13. Inveni David filium Jesse virum*  
*secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates*  
*meas. Ps: 33. Quis est homo qui vult vitam, diligit*  
*vies videre bonos... inquire pacem, Pax autem*  
*(Luc: 2.) hominibus bonæ voluntatis: ut fecerunt*  
*Abraham, Joseph Gen: 50., Tob: 12:3. Tobias, 12:3-*  
*Meli 1-Reg: 3. 1ob. 1:28. David 2-Reg: 5. &c.*  
*Recte cecinit pius quidam Poeta:*

*Sicut it, ira sinas, sic vult Deus optimus ire:*

*sicut enim nunc it, sic semper it, vivit & ibit.*

*Dilatata hic Auctor noster materiam istam ad-*  
*jectis Appendice & Dialogo, sed nobis sufficere vi-*  
*sum est, quod hucusque eruimus pro hoc verbo.*

*Ausias.* *Arias, Gaudier, Trexelinus, Rodriguez Nieremb;*  
*Alphons: Macriensis in Methode, Rosignolius, 70:*  
*Etardus Fullonius, &c.*

*L. E.*



# Titulus CXXIV.

396

## Respublica

Gratam hic notitiarum varietate Auctor noster in-  
duxit eruditionem, quam ideo (etsi non deo immedato  
ad scopum nostrum conducentem) nolimus, ut alias ex  
toto praeterire, sed saltem aliqua, brevissime tamen, in-  
sinuanda, iudicavimus.

Respublica vocatur *Communitas* ex pluribus homi- *Definitio*  
nibus aggregata, & sub certis legibus ad bonum commu-  
ne ordinatis vivens. Dividi solet in *Monarchicam*, qua *Divisio*  
ad uno tantum gubernatore regitur; *Aristocraticam*, qua  
a pluribus; & *Democraticam*, qua ab ipso gubernatur  
populo.

Ortum habuit post diluvium, *maxime*, quando jam multiplica- *Origo*  
ti homines ceperunt in familias dividi, & seorsim sibi &  
suis providere; Noemius enim tribus suis filiis suam  
in orbem partem assignans, Iapheto Europam & Asiam  
aquilonarem ad Palaestinam usque populandam tra-  
didit; & inde ortum habere Cimbri, Galli, Germani, &  
Sarmati, Scythae, Medii, Graeci, Itali, Hispani, Thracae,  
& Mosci; a Chamo, cui Africa meridionalis obtigit  
derivati sunt Aethyopes, Arabes, Aegyptii, Lybii, Numi-  
dae, Mauri, Palaestini & Chanaanæ. a Jemo autem,  
residuorum orbis partium protopreside oriuntur As-  
syrus, Chaldaei, Hebraei Syri, Persae & Armenii.

Post haec sensim submissa imperia, Monarchia, Reg- *Regni*  
na, & reliqua gubernia Regionum, Civitatum, colle-  
riorumque locorum, & populorum: quorum omnium  
Rectores nunc varia sortiuntur nomina Imperatorum,

392. Regum, Electorum, Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum, &c quorum etymologia varietatem que recensere longum foret, satis que curiosa docet experientia. Lectio autem peregrinatione comparanda comparanda.

*Nobiles.* Nobiles dicuntur variè homines, vel ab origine antiquis nobilitatorum parentum, vel a propria gestorum aut munerum merito, vel ex gratuita Principis concessionem: ex Nobilibus componuntur varii Militares Ordines; ut Equitum Aurei velletis, S. Georgii, Melitenfium, seu S. Joannis, Teutonicorum; S. Jacobi, Calatrava, Alcantara, Montessa, in Hispania; S. Spiritus, S. Lazari, S. Michaelis, in Gallia, & sic de aliis, qui omnes suum quoque habent Gubernium, sicut & Monastici & Regulares Ordines, quibus Ecclesiastica conflatur Respublica.

*Academiae.* Litteraria quoque notanda est Respublica, in Academiae & Universitates divisa; in his omnia, in illis aliqui solum edocentur artium genera; in eis Doctores, Magistri, Licentiat, Baccalarii, quorum Graduum usus incepisse traditur anno 1536 imperante Lothario; habetur autem primus Theologiae Doctor graduatus Petrus Lombardus: Prima autem Academia, dicta fuit Atheniensis denominata a loco prope Urbem, cui nomen est Academia, unde fluxerunt caeterae, quas Orbis habet, Academiae ac Universitates, quarum Celebriores nunc sunt, aut olim fuerunt: In Italia: Romana, vel 700. annis ante Christum natum celebris, sed dein neglecta, ab Urbano 4. restituta. Bononiensis a Theodosio Imp: fundata, a Carolo Mag: restaurata. Ferrariensis

sis, ab Imperatore Friderico, vel, ut alii, ab Alberto <sup>393.</sup>  
Ferrariæ Principe excitata, a Ponifacio 8. confirma-  
ta an: 1216. Florentina, a Cosmo de Medicis; Me-  
diolanensis, antiquissima vel ex eo quod tradatur in  
ea primus Theologicæ Professor fuisse S. Barthabas Ap:  
Neapolitana a Friderico 2. innovata; Papiensis a  
Carolo Mag: non diu post Parisiensem erecta; Patu-  
vina ab eodem, an: 791. condita; Perusina circa  
annum 1290. proprie inchoata; Pisana anno 1539.  
instituta; Salermitana olim non parum celebris,  
nunc obcurata; Senensis anno 1387. a Civibus re-  
novata, dein a Pio 2. extornata. Venetæ fere ipsi  
Civitatib: coantiqua. Minus celebres sunt Maritima  
Mutinensis, Parmensis, Pergamensis, Taurinensis, Mō-  
tis Regalis, Maceratensis, Anconitana, & Carnotensis.  
Habet Sicilia Syracusanam, Messana, & Cathacen-  
sem.

Academice in Germania præcipua sunt: Coloniæ <sup>in Germania.</sup>  
sis, maxime ab anno 1388. Basiliensis a Pio 2. an:  
1459. instituta; Dilingana, ab Ottone Truchessio  
erecta; Luacensis a Philippo Rege Catholico prio-  
ri: sæculo pro Belgis fundata; Erfordiensis an: 1391.  
Francfurtensis per Marchiones Brandeburgenses  
stabilita. an: 1526. Friburgensis ab Alberto Austri-  
aco circa an: 1400. Gripswaldensis ab Vrahtslac 2.  
Somerania Duce an: 1448. Heidelbergensis a Ru-  
dolpho 2. an: 1346. Herbipolitana a Julio Episc:  
an: 1583. restaurata; ingolstabiana 1<sup>o</sup> a Lubovico

594. Divite, dein ab Alberto Duce abducta an: 1371. Sy-  
sienfis an: 1408. erecta, Lovaniensis a Joanne  
Duce Brabantia inchoata an: 1425. Narpurgensis  
an: 1535. a Philippo Principe instaurata, Mogunti-  
na a Diethero Archiep: an: 1482, Pragensis a Ca-  
rolo 4. an: 1360. Postochiensis an: 1481. a Princi-  
pibus Megapolensibus, Trevirensis restaurata an:  
1477, Viennensis a Friderico 2. posita an: 1237.  
Wittembergensis a Duce Saxonie an: 1502. & Cra-  
coviensis a Casimiro Rege an: 1367.

in gallia.

In Gallia sunt Parisiensis a Carolo Magno  
circa an: 791. Andegavensis pene eodem tempore,  
quo Heidebergensis, extructa est a Ludovico XI.  
Avenionensis, Aurelianensis a Philippo pulchro  
an: 1312. Bihuricensis, Burdigalensis, Dolana,  
Lugdunensis, Montispessulano, Pictaviensis, Tolo-  
sana; minus præcipue Rhemensis, Caturcensis,  
Massiliensis, etsi olim florentissima.

in hispania.

In Hispania, Comimbriensis Lisitanie a Rege  
Joanne III. extructa, Complutensis a Car: Ximenes anno  
1477. Eboracensis a Car: Henrico, Gandiana, a Duce  
4. Gandie S. Franc: Borgia, Salmanicensis nunc om-  
nium celeberrima, ab Alphonso VIII. Rege Castelle an: 1404.  
Accedunt Granatensis, Hispalensis, Meridensis Majori-  
cana, Onatensis, Oscana, Ossunensis, Toletana Valli-  
solehana, & Salentina: nunc minus celebres: Valentina  
floruit an: 1470. in An-



in Anglia duæ notissimæ celebrantur Academiæ <sup>397.</sup>  
Catabrigensis à Sigiberto Anglorum Rege restituta an. <sup>in Anglia.</sup>  
630. & Oxoniensis verius anno 873. fundata ab Al-  
phredo erecta. in Scotia Aberdonensis à suo Episcopo  
Guillelmo fundata an. 1486, S. Andree 1411. & Glasco-  
viensis à Jurubullo Episc: instituta. Reliquas Orbis  
Universitates ut modernas, ac minus celebres omisit  
Nostrum Exemplar

## Titulus CXXV.

### Resurrectio

Est reditus de morte ad vitam: dividitur que in cor- <sup>Definitio</sup>  
poralem, ut dum corpus reunionem animæ reviviscit, & <sup>ac vivit.</sup>  
in spiritualem, cum animæ recuperatione gratiæ am-  
missæ reformatur. Primi generis erit universalis ad ju-  
dicium. Resurrectio tuba illa terribili convocantibus An-  
gelis; cuius tamen & locus & tempus prorsus nobis sūt  
incerta

Job: 29. Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novis- <sup>ac s. scriptura.</sup>  
simo die de terra surrecturus sum, & rursum circum-  
dabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum,  
Isa: 26. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent,  
2. Machab: 7. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus,  
in æternæ vitæ resurrectione suscitabit, 1. Thess: 4. Si  
enim credimus, quod Jesus mortuus est, & resurrexit, ita  
& Deus eos, qui dormierunt per Jesum adducet cum eo  
Ezech: 37. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos  
de vestris sepulchris, & inducam vos in terram Israel).  
2. Cor: 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in  
Chris-

Christo omnes vivificabuntur... in momento, in ictu  
oculi, in novissima tuba; Phil: 3- Expectamus salva-  
torem Dñum nr̄um, qui reformabit corpus humilita-  
tis nostrae configuratum corpori claritatis suae; = Rom:

spiritualis. S. Quomodo Christus surtecit a mortuis per gloriam  
Patris, ita & nos in novitate vitae ambulemus; Apoc: 7-  
Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt  
stolas suas in sanguine agni, cap: 20. Beatus & sanc-  
tus, qui habet patrem, in resurrectione prima; in his 2<sup>a</sup>  
mors non habet potestatem; Ephes: 5. Surge qui dormis &  
exurge a mortuis; Eph: 4. Renovamini spiritu mentis ves-  
trae; S

ex Patris. S. Greg: in Moral: Redemptor noster suscepit mor-  
tem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem, ut nos  
posse resurgere confidamus; S. Chrysost: in Matth: 12. In  
omni re aut actu virtus agendi spes est futuri: Tolle  
ergo spem resurrectionis, & resoluta est observantia  
omnis pietatis; Cassiod: in Psal: Resurget iustus, ut ju-  
dicet; peccator ut iudicetur; impius, ut sine iudicio pu-  
niatur; S. Hilari: in Ps: 2. Confringi nos tanquam vas  
figuli nunc gaudeamus, ut per hunc novae natiuitatis  
profectum, in beatam illam, ac Deo placentem iterata  
reparationis speciem reformemur; S. Aug: Serm: 34.  
De verb: Apost: Tota huius mundi administratio testi-  
monium est resurrectionis futurae... herba quae ante vi-  
xit & moritur, rursus reviviscit ex semine: ita & nos-  
trum corpus reviviscet ex pulvere; S. Bonavide Christi  
Resur: Sic ergo & tu perseveranter resurgas in con-  
sione, ut de talero non moriaris in transgressionem; S

Cum S. Stanislaus Episcopus Petrum quendam ad  
testimonium de agro a se vendita coram Rege perhibendum  
resuscitasse, notuit ille a S. oblatam longiore vitam  
dicens se malle in Purgatorio adhuc ad modicum tempus de-  
gere, quam nova in mundo damnationis suae pericula in-  
currere. Sur: in vis.

S. Nicasius Rhemorum Episcopus, cum in templo a  
carnifice feriretur, versus I. I. M. S. P. ne. Adhaesit pavimen-  
to anima mea, recitare cepit, et capite jam a corpore se-  
parato, reliqua verba: vivifica me secundum verbum  
tuum, absolvit. Marchant: in Hort: part: br: 4. lect: 13. prop: 3.

Similitudines habemus in seminibus, plantis, somno, <sup>similia.</sup>  
artefactis reparandis & anni temporum renovatione, &c.  
ipsi hanc veritatem noverunt Ethnici: quam enim sa- <sup>veritas.</sup>  
pienter Seneca dixit Ep: 86. Mors, quam perimescimus, in-  
termittit vitam, non eripit. Veniet iterum, qui nos in lu-  
ce reponet, dies, et Plato in Phaed: & certe, d. Cebes, maxi-  
me omnium ita, ut mihi videtur, ex mortuis reviviscetes  
homines sunt: mortuorum superviunt animae, atque bonis  
melius est malis perire. O! Christianorum non credentium  
confusio! pudeat vel dubitare: aut vitam huic fidei non  
conformare.

Jac: Marchant: in Horto. Engelgr: in Festo Pasch:, Mat: Auctores.  
Philas Haber Festo eod:, Daurathius in Catech:, Langius,  
Beyrlinck, &c.

## Titulus CXXVI. Sacerdos.

Est Clericus ad offerendum Deo inveniendum Sacrificium <sup>Definitio.</sup>  
aliaque Sacramenta administranda. legitime ordinatus.  
Distinguitur in Simplicem, & Curatum: ille est qui bene <sup>Divisio.</sup>  
satis

298. *ficio simplici gaudet nullam annexam habente anima-  
rum curam; iste vero, cui talis cura commissa est, ut  
sunt Parochi, Decani, Episcopi, Archiepiscopi, Patriar-  
cha, Cardinales, Papa.*

ex Sacra.  
Scriptura.

*Ps: 137. Sacerdotes tui induantur iustitiam... Sacer-  
dotes ejus induam salutari; . Deut: 31. Paries Dei offerent  
& ideo sancti erunt. Isa: 62. Pollutum nolite tangere:  
exite de medio eius, mundamini, qui feris vaso, Dñi; 2-Cor.  
6. Memini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur  
ministerium nostrum; 1-Cor: 4. Sic nos existimet homo,  
ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum ejus; 1.  
Tim: 3. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse &  
Malach: 2. Labia Sacerdotis custodient scientiam; Joann: 10.  
Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis; Act: 20.  
Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sctus  
posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei; 2-Tim: 2. Nemo mi-  
litans Deo, implicat se negotiis secularibus; 1-Pet: 5. Pas-  
cite, qui in vobis est, gregem... forma facti gregis ex a-  
nimo; Levit: 20. Eritis mihi Sancti, quia Sanctus sum:  
ego Dominus, & separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei;  
Deut: 18. Non habebunt Sacerdotes & levite... pateri-  
tatem cum reliquis Israel: Dominus enim ipse est hareditas  
eorum; Judith 8. & nunc fratres mei, quoniam estis Pres-  
biteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima eorum;  
ad eloquium vestrum corda eorum erigite; 1-Pet: 2.  
Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens Scti;  
Luc: 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me  
spernit; Zach: 2. Qui tetigerit vos, tangit pupillam  
oculi mei; Eccl: 4. Presbitero humiliet animam tuam)*



1. Tim: 5. Qui bene præsunt Præsbyteri duplici honore digni habentur; maxime qui laborant in verbo & doctrina. Malach: 2. O Sacerdotes, si nolueritis audire & si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum; mittam in vos egestatem & maledicam benedictionibus vestris.

S. Isid: Reliquia l. 2. ep: 205. Tantum interesse debet inter sacerdotem, & quemlibet virum probum, quantum inter caelum & terram discriminis est. S. Ambr: 2. de sacerdot: dign: Cum igitur nihil excellentius in hoc saeculo sacerdotibus, actio respondeat nomini & nomen cum operibus incidat; S. Greg: in Past: p. 2. c. 5. Sit Sacerdos in cogitatione mundus, actione precipuus, discretus in silentio, utilis in verbis, benignus in omnes, omnia considerans, humilitate bonorum socius, iustitiae zelo erga improbos severus. Durandus ap: Mansi. Attendat candidose Sacerdos, ut vestem sine virtute non portet, ne forte similis sit sepulchro, foris dealbato, inhis vero omni spurcitia pleno: tunc enim, quanto venerabilior apparet hominibus, tanto redditur indignior apud Deum. S. Prosp: l. 2. de vit: conce: c. 3. Sacerdotes sunt Ecclesiae decus, columna firmissima, januae Civitatis aeternae; ipsi janitores, quibus claves datae sunt regni caelorum; ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula Regis aeterni dividuntur gradus & officia singulorum. S. Jan: ad Smvrn: Sacerdotium est summa bonorum omnium, quae in hominibus consistunt. S. Chrysost: hom: 5: in isa! Medius stat Sacerdos inter Deum & naturam humanam. S. Ambr: 2. de dign: dist: 36. Aurum non

400 tam pretiosius est plumbū, quam regia potestate al-  
tior est dignitas sacerdotalis, in quorum manibus  
(ait Aug: ho: 2. in Ps: 37.) Dei Filius velut in utero Ma-  
tris incarnatur. S. Clemens l. 7. Const: Apot: c. 32. Hono-  
rate Sacerdotes ut Patres et Dñs, ut beneficos, & bene-  
vivendi auctores; Fabian: Sup: 2. q. 7. Sacerdotes non  
sunt leviter tractandi, nec lacerandi, vel temere accu-  
sandi, quoniam eorum causas sibi Dñs reservare  
voluit. S. Greg: hom: 17. in Evang: Cui ergo rei similes  
dixerim Sacerdotes malos, nisi aqua Baptismatis qua  
peccata diluens Baptizatorum, illos ad regnum caeleste  
mittit, et ipsa postea in cloacas descendit. Salvian: l. 2.  
ad eccl: Cath: Qui Sacri Altaris suggestu eminent, tan-  
tum excellere oportet merito quantum gradu.

exempla. Maria Cogniacensis vestigia sacerdotum summa  
demonitione & reverentia deosculabatur. Paddy: Chr: p. 1. c. 5. 4. 1. 1.

Sacerdos libidiniosus, et conaruas spernens monitiones  
fulmine tandem de caelo percussus miserè periit, atque in  
notoriae libidinis penam, toto corpore illaso, sola ejus  
partes genitales igne consumptae sunt. S. August: Genl: l. 2. c. 2.

S. Franc: ex humili timore solo Diaconatu contentus,  
dicere solebat, se prius Sacerdoti reverentiam praestituro  
quam comitanti Sancto de caelo elapso. S. Bondu: in vit: c. 4.

R. Ludovicus à Ponte, ad sacerdotium rite suscipien-  
dum, mensura divinarum rerum commentatione studid-  
issime se paravit. Vita l. 1. c. 4.

similia. Sunt Sacerdotes in Ecclesia Dei, ut oculi in facie, lapi-  
des pretiosiores et elaboratiores in domus superficie, ut  
cor inter alia membra, ut altae turres in maris procel-  
lis tutae, ut aurum mixturam non admittens. Est Ca-  
pit

put. Ductor, Exemplar, Pastor & Tutor laicorum; sed ut in plano candido amplius notantur maculae, sic in sacerdote majori scandalo apparent culpa; & facile caetera membra dolebunt, si caput doleat; & ut cui multum datum est, plus quaeritur ab eo; sic sacerdoti dignitatem detradanti terribilis manet expectatio iudicii, ac ratio reddenda strictior villicationis commissa.

Atque ex his, citatisque Patrum sententiis, facili eruntur negotio motiva, & media ad sacerdotalem statum rite suscipiendum conservandum, & exercendum: Unde deduci poterit, quam prudenter & sollicitè vocatio ad sacerdotium sit inquirenda; cognita, quo modo suscipienda, & adimplenda simul & magna facienda. Sacerdotibus enim praecipue dictum est illud Luc: 12. Sint lumbi vestri praeincti, & lucernae ardentes in manibus vestris; item illud Matth: 5. Sic luceat lux vestra, &c. quare Sacerdos praeter aliis opus habet majori prudentia, sanctitate, doctrina, humilitate, castitate, & Charitate, ut ipse constitutus super gentes & regna, Jerem: 1. Lux mundi Salterra, Matth: 5. Dilectus Dei cuius ipse delicta deplorat dicens Jer: 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Caveat quoque, ne cum Psalmista dicere aliquando possit: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Motiva  
& media

Franc: Labata hoc N. Nicol: Lancizius to: 2 op: 13. Pet: Benserius in Regali Sacerdotio, Lud: Abelis Christianus Sacerdos, Joan: Trithemius, Lud: a Ponte, Jacob: Marchantius in horto Pastorum &c.

Auctores.

L. P.

## Titulus CXXVII.

### Sacrificii Missæ Oblatio

*Definitio.* Est actus Religionis, quo, Deo tanquam supremo Dño, corpus & sanguinem Filii sui in cruento modo offerunt Sacerdotes, ut habet *Pedagogus Christi*, p. 1. c. 9. §. 2. Hinc ut habet *Tridentinum*, sess. 22. c. 1. nulli sanctorum, in quorum bene honorem ac per eorum intercessionem, sed soli offertur Deo ab ipso Christo per sacerdotem, & ab Ecclesia, seu populo per eundem, non ut inferiorem, ut à Christo, sed ut Superiorem. Hoc sacrificium *Missæ* dicitur, quia in eo per oblationem mittitur Christus, qui ad nos per incarnationem, fuerat à Patre missus. *Stividi* soluit *Missæ* in *Catecumenorum*, erat que usque ad oblationem; & *fidelium*, usque ad finem.

*Divisio.*

ex 5. script:

*1. Cor. 10.* Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Dñi est? *epi 5.* Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis; *Malach. 1.* In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda; *Ps. 115.* Quid retribuam Dño... Calicem salutaris accipiam, & nomen Dñi invocabo; & *Sap. 7.* In finibus thesaurus hominibus, quo, qui usi sunt, participes facti sunt amicitie Dei; *Hebr. 9.* Si sanguis hircorum & sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum S. seipsum obdidit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab omni peccato; *is. 61.* Vos autem Sacerdotes Dñi vocabimini, Ministri Dei nostri, dicitur vobis: fortitudinem gentium comedetis, & in glo-



gloria eorum superbiebis) ~

S. Saur: just: s. de Corp: Christi: *Accedat Sacerdos ad Altaris tribunal, ut Christus; assistat, ut Angelus; ministret, ut sanchus; Populorum offerat vota, ut Pontifex; interpellet pro pace, ut Mediator: pro se autem exoret, ut homo.* S. Bondu: *Com: Theol: Vir: l. 2. c. 15. Missa tam plena est mysteriis, sicut mare guttis, sicut Sol atomis, firmamentum stellis, Empyrium Angelis;* & de prepar: ad Miss: c. 2. *Tolle hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo nisi error & infidelitas; & populus Christianus erit quasi grex porcorum dispersus, & idololatriæ deditus.* S. Th: in 4. sent: dist: 12. q. 2. *in quâlibet Missa invenitur omnis fructus, & utilitas, quam Christus in die Parasceves operatus est in Cruce cum morte sua.* Osorius to: 4. de serv: Mis: *Obsecro, qui gratis & sine ullo pretio innumera bona concedere solet, qui pro minimis maxima donat, quid tibi negabit Christum offerenti?* S. Saur: just: sup: cit: *Sane nullo alio sacrificio honorificentius laudatur Deus, quam per Altaris immaculatam hostiam.* S. Greg: ho: 38. in Evang: *Is, qui in se resurgens a mortuis jam non moritur, adhuc pro hac hostia in suo mysterio pro nobis iterum patitur: nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ab absolutionem nostram Passionem illius reparamus.* S. Albert: l. 2. de sacr: c. 3. *Multiplicitatem Sacrificiorum veterum singularitate sui Sacrificii abbrevians, occupationem exteriorum nobis minuit, beneficiorum nobis gratiam multiplicavit, Cæterarum hostiarum vim præstabili dignitate sua obruit hoc unicum Sacrificium. Hic holocaustum hinc hostia pacifica, hinc propitiatorum Sacrificium continetur.*

S.

404. S. Aug: in Ps. Quod datum non est Angelis, concessum  
est homini. Sacerdos enim ineffabile hoc conficit mysterium,  
& Angeli conficienti quasi famuli assistunt. Kemp: l. 4. c. 1.  
Nunc multi facti sunt Sacerdotes, & in multis locis offer-  
tur Christus, ut tanto major appareat gratia & dilectio dei  
ad hominem, quanto latius est Sacra Communio diffusa  
per orbem. c. 10. Beatus, qui se Dño in holocaustum of-  
fert, quoties celebrat.

exempla. S. Sampsoni Episcopo solemnia Missarum agentis sen-  
per Angeli ministrabant, atque illo solo vidente Sacram-  
hostiam cum ipso manibus suis frangebant. Trist: spir: c. 199.

Angelo Reus Elbuini Aulico captivo quotidie vincula  
de manibus tertia hora cadebant; cuius causam non aliam  
fuisse compertum est, quam, quod frater illius Antistes cæcæ  
mortuum credens ea hora pro eo celebraret. S. Greg: l. 4. Dial: c. 57.

S. Thomas Aquinas quotidie post Sacrum a se celebra-  
tum, etiam alteri celebranti ministrabat. Sur: 7. Mart:

Cum Auriga impia Drahomita Boleslai Reus nutri-  
cis forte audiens pulsari in vicino templo ad elevationem, e  
curru descendisset, ut Christum adoraret, Drahomita eum ex-  
crans, unâ cum curru & sociis absorpta est. Sur: vit: 5. Wenzel: 2.

P. Jacobum Alvarez celebrantem visus est Christus  
suavissime amplecti, & fatus est ipse, affectus vehementiâ  
se jam prope fuisse consecum. Biblioth: Schip: Sac: 2.

Cum quædam Virgo Missam audiret, & Sacrista post E-  
vangeliū recessisset, dicente Sacerdote: Per omnia secula  
seculorum, audivit ipsam Dei paræ Virginis imaginem  
respondentem. Casarius l. 7. Mir: c. 21.

similia. Sicut Eleemosyna de ferio non est, etsi per manum  
famuli improbi erogetur, ita Missæ Sacrificiū idem.

idem est, a quocumque celebratur Sacerdote, se habet <sup>105.</sup>  
 que hoc sacrificium respectu ad antiqua, ut sol ad stel-  
 las quæ eo presente obscurantur. Magna que ex dictis  
 patet ejus sacrificii & necessitas, utilitas, & dignitas. <sup>Motiva.</sup>  
 ad quod debite offerendum præcipue requiruntur firmâ <sup>Media.</sup>  
 fides, ingens morum puritas, & ardentissima Charitas,  
 cum humili reverentiâ & appreciatione tanti Mysteriorum,  
 de quo Christus dixit: 1. Cor. 11. Hic calix novum testa-  
 mentum est in meo sanguine. Hoc facite in  
 meam commemorationem... mortem Dñi annuntiabi-  
 tis &c. Qui enim illud obulerit indignus, reus erit cor-  
 poris & sanguinis Dñi... & iudicium sibi manducet &  
 bibit, ibid. Moveat vel Paganorum de suis sacrificiis  
 opinio, quâ Ovidius L. 4. Fastor: cecinit:

Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos,  
 & pro delictis hostia blanda fuit:  
 Sæpe Jovem vidi, cum jam sua mittere vellet  
 Fulmina, thure datò sustinuisse maronem;  
 At si negligitur magnis injuria pœnis  
 solvitur, & iustum præterit ira modum

Lancizius, Pinellus, D'outreman, Rodriguez Na- <sup>Ambros.</sup>  
 vasi, Marchantius, in Horto Past: & in Virgilia Aaronis  
 Julius Nigronus, Ant: Gaudier, Franc: Aritts in Thesaur:  
 Pet: Sanchez, Jos: Mansi, &c

## Titulus CXXVIII.

### Sanctorum Cultus, & Fæsta

Est actus Religionis, quo debitum sanctis talibus, <sup>Definitio.</sup>  
 cultum exhibemus, vel internum, seu sola mente, vel <sup>et divinis.</sup>  
 externum, seu etiam signis, verbo, opere aliis ve exte-  
 rioribus

406.  
rioribus obsequiis. Eos amando, magnificando, predi-  
cando, laudando, honorando, invocando, & imitando.  
Festa autem habere originem, à die septima conciti-  
onis, quam Deus ipse sanctificavit requiescens ab om-  
nibus operibus suis, ut patet Gen: 1. significans quo-  
modo & nos sanctificare debeamus. Diem hanc Festa  
que sanctorum cessantes ab operibus laboriosis & servi-  
libus, ut solis pietatis ac devotionis exerceamur actioni-  
bus. ☉

<sup>De Sanctis</sup>  
<sup>ex Scriptis</sup> Job: 5. *Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad ali-*  
*quem sanctorum convertere.* Apoc: 7. *Vidi turbam mag-*  
*nam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus*  
*& tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum in-*  
*conspetu Agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus*  
*eorum.* Ps: 72. *Mihi autem nimis honorificati sunt Ami-*  
*ci tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.*  
Apoc: 7. *Sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac noc-*  
*te in templo ejus, & qui sedet in throno habitabit super*  
*illos, ipsi populus ejus erunt... & absterget Deus omnem*  
*lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, ne-*  
*que luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia*  
*prima abierunt. & dicit qui sedebat in throno: Ecce no-*  
*va facio omnia.* = Exod: 20. *Memento, ut diem sabbat-*  
*ti sanctifices.* Jer: 17. *Haec dicit Dominus: custodite animas*  
*vestras, & nolite portare pondera in die sabbati.* Lev: 23.  
*Haec sunt feriae Domini, quas vocabitis Sanctas. Sex die-*  
*bus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vo-*  
*cabitur Sanctus, omne opus non facietis in eo... nullum*  
*servile opus facietis.* Num: 2. *Dies septimus celeberrimus*  
*& sanctus erit vobis: omne opus servile non facietis in eo.*



Isa: 1. Iniqui sunt cæli vestri, Calendæ vestras, & So-  
lemnitates vestras odivit anima mea (dicit Dñs) facta  
sunt mihi molestia, laboravi sustinens. Levit: 26. Cust-  
todite Sabbata mea, & dabo vobis pluvias temporibus su-  
is, & terra gignet germen suum... Absque pavore habita-  
bitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris... perse-  
quemini inimicos vestros, & corrudent coram vobis.

S. Bern: in serm: Tria sunt, quæ in festivitatibus San-  
ctorum vigilantè considerare debemus, auxilium sancti,  
exemplum ejus, confusionem nostram, item: in Sanctorum  
festivitatibus, & gaudere & confundi debemus; gaudere,  
quia Patronos præsumimus: confundi, quia nos sequi non  
possumus; S. Chrys: ser: de Confes: Qui Sanctorum merita  
admiratur, aut imitari debet, si laudat; aut laudare non  
debet, si imitari detrectat; S. Euseb: Emys: in hom: Primus  
gravius pietatis est, Sanctitatem diligere, postea Sanctos:  
quia non Sancti ante Sanctitatem filerunt, sed Sanctitas  
ante eos: sine causa ergo justos honorat, qui justiciam  
spernit; S. Hier: ad Eustoch: Solemnem diem, non tã  
ciborum abundantia, quàm spiritus exultatione celebremus;  
quia valde absurdum est, nimia saturitate vel-  
le honorare, quem scimus Deo placuisse jejuniis; S.  
Aug: ser: 37: de 36: in veritate festivitatum gaudia cele-  
brant, qui Sanctorum exempla sequuntur. Solemnitates  
Martyrum exhortationes sunt Martyriorum, ut imita-  
ri non pigeat, quod celebrare delectat; S. Chrys: cor: 1. de  
saz: Sabbatum, non obli, sed spiritualis actionis mate-  
ria est; S. Bernardin: to: 2. ser: 10. Statuerat Deus sacras  
solemnitates, & dies festos, ut cessaremus a vitiis, vacare-  
mus ab operibus mundani, & insisteremus Divinis; sed

ex Patribus.

Ser: 30. de  
114. 11.

408 insidiante humani generis inimico, quod statutum  
fuerat ad Dei gloriam, & nostram saluationem, iam uli-  
que conuersum est ad Dei ignominiam, & nostram da-  
nationem. S. Chrys: ho: 3. de S. Anna: Festa, non mil-  
lithedo convenientium, facere solet, sed & virtus; non sum-  
tuosus vestitus, sed pietatis ornatus; non mensa da pili-  
tas, sed cura anima: maximum enim festum est consi-  
entia bona. S. Aug: ser: de S. Jo: Bapt: Tunc pro nobis  
sanctus, quidquid petierimus, poterit obtinere, si nos  
festiuitatem suam sobrios, castos, absque ullo turpilo-  
quio, cognouerit celebrare. S. Chrysost: ho: 5. in Math: Ha-  
bent vim pro nobis, & quidem maximam orationes sanc-  
torum; sed hunc profecto, cum nos quoque id ipsum per  
penitentiam postulamus, & ad studia meliora consui-  
mus. Kemp: l: 3. imit: c: 50. Quidam zelo dilectionis fru-  
hantur ad hos, vel ad illos sanctos ampliori affectu, sed  
humano potius, quam divino. & c: 59. Circa principalia  
festa renouanda sunt bona exercitia, & sanctorum  
suffragia, feruentius imploranda.

Exempla: Quidam Sodalis morti vicinus postula vit, omnium  
sanctorum menstruorum schedas e collo sibi instar  
monilis suspendi, ut sic fidentius obiret. Annals: Dal: 1592.

Laur: Sirius in agone suo omnes sanctos, quorum  
vitas scripserat, spectabiles habuit, maximumque ab  
iis robur & auxilium tunc accepit. Ind: Blossius in profat: 2.

Tempore, quo S: Mechtildis agonizabat, visis sunt  
sancti, dum Litaniae recitarentur, singuli ad suum no-  
men letanter assurgere, ac genuflexi sua deo meri-  
ta pro moriente offerre. Paulus Barnus f: d: c: 10.

Donatus Afer Mediolani Presbiter cum S. Amrosio

jam Superis adscripto graviter detraheret, subito gra-  
vi vulnere percussus, ab alijs e mensa (cui tunc conviva  
assidebat) sublevatus, & in lecto positus misere occubuit, ut  
habet Baronius to. 5. an. 497. ~

Stanislaus Hosius Cardinalis, ut festa tranquilliori  
de vobione potest celebrare, longissima ieiabat sine cibo  
iunera, ne in pagis urbibus ve haretica labe infestis coge-  
retur is diebus commorari. Jo. Tho. l. 2. c. 6. n. 4. ~

Cum quidam sanctificare renuisset, ut caeteri Conci-  
ves, festum S<sup>ti</sup> Mariani, ignis de caelo delapsus domum,  
ejus cum caetera supellectili omnino consumpsit sine ulla  
vicinorum vel minima laesione. S. Greg. Throni de glori. Conf. c. 31. ~

S. Franc: Xaverius peculiari devotione in S. Hieroni-  
mum ferebatur, hinc ab eodem visis. Miser in gravi morbo  
liberatus est. Hist. Soc. p. 1. l. 2. n. 22. ~

Ut Advocati causam nostram agunt Sancti apud Similia.  
Deum iudicem, munera nostra offerunt, ut Antici ad Prin-  
cipem, vicissimque ut Regis thesaurarii gratias in nos  
diffundunt, ut Amici Dei pro nobis interpellant, ut  
caeli stellae nos illuminant, ut Charitate ignifi nos ac-  
cendunt, ut tersa specula se nobis ad confusionem & i-  
mitationem intuenda proponunt, sed ut Viri fortes con-  
terant pertinaces, ac Regis sui iniurias vindicant, ut  
strenui Milites, qui & stias ferro & igne compensant  
ipsis interim intactis ac immaculatis semper manenti-  
bus velut excelsa montium cacumina. ~

Ad dictum cultum movere debet, quod & id Deus Motiva.  
exigat, & insorum sibi vincient merita Sanctorum,  
suadet que Eius nobis necessitas, utilitas, ac ex gra-  
titudine

440  
Media. titidine æquitas. iuvabit que frequens sanctorum  
per preces & obsequia invocatio, vite illorum assidua  
lectio, magna in eos fiducia, ac præsertim virtutum  
ipsorum affectuosa imitatio.

Ordo. Licet autem sanctos omnes, nullo excepto, colere de-  
beamus, in hoc tamen pro posse ordo servandus est ad  
Ecclesiam, juxta sanctorum gradus, impositus, tam in ri-  
tibus, ceremoniis, & Officiis, quam in festorum Solemni-  
tatum que observatione; privato tamen affectu, infra  
Christum, & Theoparant, licebit omnino ex privata cau-  
sa, ut gratitudine, interno impulsu, Nominis impositio-  
ne & unum præ alio sancto per obsequia venerari;  
vitata semper unius ad alterum æstimata ex meritis  
prælatione.

Concilio. Laudate Dñm in sanctis eius, ait David Ps. 150. prius  
que dixerat: gloria hæc est omnium sanctis eius, & Ps. 67.  
Mirabilis deus in sanctis suis: quos utique vult a nobis ho-  
norari ut diximus, & representatur Esai. 6. in Marдохæo  
& Assueri iussu honorato vestibus, equo, & diademate re-  
gio: sic que honorabuntur, quoscumque voluerit deus ho-  
norare; atque honor iste in maximam quoque vertitur uti-  
litatem nostram 2. Reg. 19. Si non est aliquis constitutus à  
Rege in palatio, quem interponas, nullum bonum recipien-  
dum a Rege speres. Colamus ergo, invocemus, ac prædi-  
cemus Dei sanctos, eorum que festa celebrantes gaudē-  
mus equidem, sed in Dño, ut gaudent Angeli collaudantes  
filium Dei; ut eorum meritis & intercessione mereamur  
eos in hac vita dignè imitari, & vi nobis in tribulationi-  
bus illata ipsis in cælo coequari æterna gloria.

Auctores.

Drexelius, Luc. Granat: in Sylva v. sanctis, Theophilus Ber-



ordinus de Persever: 17. Beyrlinck. in Festo Omn: SS, Pet: <sup>Alit.</sup>  
Sanchez, Matthias Haber, Lancizius, Bart: Daurcolius, &c.

## Titulus CXXIX.

### Sanitas

¶ Pauca sub hoc Titulo mihi adnotanda statuo,  
ubi Auster Auctor, ex piissimo licet sine, medica pura  
& naturae secreta curiosa, nullis problematibus expla-  
nat.

Sanitas est, ut aliqui definiunt, Status Corporis ac <sup>Definitio</sup>  
tiones suas probe obeuntis, quod & bonam valetudinem  
vocamus. Quanti facienda indicavit Stracides dicens: <sup>pretium.</sup>  
Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam dives im-  
becillus: melius est corpus validum, quam census immen-  
sus. Non est census super sensus salubris corporis, Eccl: c. 30.  
vide & Sacyricus cecinit:

Si veniri bene, si lateri, pedibusque tuis, nil  
Divitiae poterunt Regales addere majus.

Media vero sanitatem conservandi applicanda sunt <sup>Media</sup>  
juxta cognita temperamentorum varietate alimentorum <sup>pro diversi-</sup>  
diversa qualitate eis attemperanda, & quidem alii ha- <sup>tate tempe-</sup>  
bent temperamentum sanguineum, quibus convenit, quod <sup>ramentorum.</sup>  
Schola Salernitana his versibus indicat:

Natura pingues isti sunt, atque jocantes  
Hos Venus, & Bacchus delectant, fertula risus,  
Omnibus hi strobis habiles sunt, & magis apti,  
Qualibet ex causa non hos facile excitat ira.

Alii temperamentum cholericum, de quibus ibidem sic:

Hic humor cholerae, qui competit impetuosus  
Hoc genus est hominum cupiens procellere cunctis  
Hirsutus, fallax, irascens, probris, audax,

Alii Phlegmaticum sic ibidem descripti: <sup>Phlegma</sup>

Phlegma dabit vires modicas, lutosque breves quo  
 hic somnolentus, piger, & putidus, plenus,  
 Est huius sensus hebes, pinguis, facie color albus.

Melancholici sunt hi:

Restat adhuc tristic cholerae substantia nigra.  
 Invidus & tristic, cupidus, & trax que lentacis,  
 Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.

Censent Conimbricenses & alii cum Dandino, optimum ad studium, atque ad ingenium, esse Cholericum melancholicum temperamentum, eo quod ex Cholera discursum, agilitatem, & acrimoniam habeant, & ex melancholia prudentiam, gravitatem, constantiam, & sic de aliis temperamentorum mixtionibus discursi potest pro aptitudine ad reliquas artes & cetera vite genera prosequenda.

Inhiimentis haec observanda veniunt: 1<sup>o</sup> temporum diversitas, ut bene notavit Scholae citatae dicens:

Temporibus Veris modicum praedere iubentis,  
 Sed calor Aestatis dapibus haecet inconsideratis:  
 De mensa sume quantum vis tempore orum.

& pro Cæna extat illud Medicorum axioma:

Ut sis nocte Tevis, sit tibi cæna brevis.

De variis ciborum qualitatibus accipe sequentia

Regula Presbiteri jubet hoc pro lege teneri  
 Quod bona sint Ova candida, longa, nova.  
 Si vinum rubrum nimium quandoque bibatur  
 Venter stipatur, vox limpida turbificatur.  
 Corpora plus augent tibi dulcia candida vina.

Post Pisces nux sit, post carnes caseus ab sit  
 Unica nux prodest, novæ altera, tertia mors est.  
 Casus & panis sunt optima, ferula sanis  
 Si non sunt sani, hinc hunc ne jungito panis.  
 Panis non calidus, nec sit nimis in veteratis,  
 Sed fermentatus que oculatus, sit bene coctus:  
 Ne comedas crustam, choleram quia gignit ad usum  
 Si pisces molles sunt magno corpore, tolles.  
 Si pisces auri parvi sunt, plus valituri.

Est porcina caro sine vino peior ovina.

Pulibus ablatis sunt bonae pisce salis

Tu nunquam comedas, stomachum ni noveris esse  
purgatum, vacuum que cibo, quem sumperis ante:

Hac sint signa tibi, subtilis in ore saliva

De potu in specie tibi que sequuntur:

Ut minus egrotas, non inter fercula potas,

Ut vites patrum, de potibus incipe canon

Singula post ova pocula sume nova

Non acidum sapiat cerevisia, sit bene clara.

Post pyra da potum, sine vino sunt pyra viris;

Cruca gravant stomachum, relevant seo coctu gravatum.

Hac sunt incepte, qua rumpunt stamina vite

Pessima temperies luxurians que gula

Tandem que ad sanitatem & vitam tibi horu hæc pone me-  
dia; a dicta Schola Salern: oblata:

Si tibi deficiunt Medici, Medici tibi sunt

Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.

Curas tolle graves, irasci crede profanum;

Parce meto, cæcitate parum, non sit tibi vanum

Surgere post epulas; somnum fuge meridianum.

Hæc bene si servas, tu longo tempore vives.

Mellius tamen adhuc ex Augustino:

Vive diu, seu vive Deo, nam vivere Mundo,

Mortis opus: viva est vivere Deo

Vel ex Alio sic dicere vivere:

Vive Deo gratus, toti mundo tumulatus.

Crimine mundatus, semper traxero paratus.

## Titulus CXXX.

### Scandalum

Illud sic explicat S. Hieronimus apud Beyrlinck hoc V. Definitio.  
est dictum vel factum minus rectum, quod ex se occasionem  
ruina præbet alteri; respectu huius, dicitur Passivum seu Passive.  
acceptum, & in illo vocatur Activum, seu dammum, & quidem  
Perse, si ruinam illam intenderit, si secus, per accidens &

Pf. 39. Fines extenderunt in laqueum; juxta iter scan- ex S. Scripti:  
dalum.

datum posuerunt mihi. Ps. 140. Custodi me à laqueo, quem  
 statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.  
 Prov. 14. Via iustorum absque offenculo. Matth. 18. Va-  
 de post me satana. (Dixit Jesus Petro recusant audire de  
 Passione) scandalum es mihi, quia non sapiſ ea quae Dei  
 sunt, sed quae hominum. Ezech. 14. Quicumque scanda-  
 lum iniquitatis statuerit... disperdam eum de medio po-  
 puli. Matth. 18. Mittere filius hominis Angelos suos,  
 & colligent de Regno eius omnia scandala, & eos qui fa-  
 ciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. --  
 Qui autem scandalizaverit... expedit ei, ut suspendatur  
 mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum  
 maris. Luc. 17. impossibile est, ut non veniant scandala:  
 ve autem illi per quem veniunt. Malach. 2. Scandalizatis  
 plurimos, propter quod & ego dedi vos contemptibiles  
 omnibus populis, 1. Cor. 8. Peccantes in fratres, & percul-  
 tes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

ex 2<sup>o</sup>

S. Greg. 1. 26. mor. c. 10. Quantum morum vita à reu-  
 distat substantia, tanto gravior calumniator est, qui male  
 vivendo vim infert nostris moribus, quam qui violenter op-  
 primendo damna inq. rit. rebus. Bellov. Minores excusat  
 se a peccatis suis propter peccata maiorum. S. Greg. p. 3.  
 Past. c. 1. Scire Praelati debent, quod si perversa unquam  
 perpetrant, tot moribus digni sunt, quib. ad subditos suos  
 perditionis exempla mittunt. S. Chrys. ho. 25. ad Rom.  
 igitur & hic quoque, si reliquis perditionis causa fueris,  
 graviora patieris, quam qui peste subversi fuerint. ne-  
 que enim peccare tantum in se perditionis habet, quan-  
 tum quod reliqui ad peccandum inducantur. S. Bern.  
 ap.



apud Mansi: *Dñs* graviolem sustinet ab eo persecutio-<sup>15.</sup>  
nem, qui scandalis occasione avertit ab eo animas, quas re-  
demit, quam ab illo, qui sanguinem suum fudit; S. Tr. de  
Villan. ser. de S. Mich: Si eripere pallium vel tunicam ali-  
cujus, malum est; uxorem vero pejus, & vitam dejeris, qua-  
to omnium horum pessimum est ejus animam interficere?  
Va qui devorat plebem Dñi (Ps. 13.) sicut escam panis?

Quidam Episcopi Hæreticis Albigenſibus converſen- *Exempla.*  
dis incumbentes, multo interim utebantur fastu & pompa,  
unde Hæretici pertinaces manebant & scandalizati, quod ver-  
bis prædicantium non concordarent facta, donec S. Domi-  
nicus vili & humili habitu eos ad Christum humilitatis  
& paupertatis exemplar reduxit. Bellou: p. 3. Spec. mor: l. 3. tit. 12.

S. Theodorus Stodita Constantinum VI. Imperatorem  
ob obscenitatis exemplum publice excommunicavit, ne im-  
punitum impune imitarentur subditi. Baron: an. 795. n. 57.

Sicut facilius Solis & Luna advertimus Eclipses, quam *Similia.*  
inferiorum astrorum; sic eo perniciosiora sunt vitia, quo  
dignior fuerit ea committens. Ut qui caeco ponit ostendiculum,  
sic qui pusillis & ignorantibus præbet scandalum. Ut do-  
ficulum corruens omnia se inferiora opprimit, sic ruina spi-  
ritualis majorum est causa ruinae minorum; sicut vi magne-  
tica unus annulus alium & alium sibi successive adiungit  
sic peccatum unius alios & alios ad peccandum excitat, su-  
um in omnes odorem diffundens pestiferum.

Ex his patet Scandalis gravitas, fixitas, insanabili- *Motiva.*  
tas, proclivitas, perniciositas, quibus quibus practice con-  
sideratis ab activo distabimus scandalo, vitam emendan- *Motiva.*  
tes; & à passivo, nostris, non aliena, delicta attendentes.

446. *Expurgemus itaque vetus illud fermentum, cuius vel  
 modicum totam massam corrumpit 1. cor: 5. Caveamus  
 illa zizania, quae igni comburentur eterno post  
 messem iudicii: Matth: 13. Projiciamus a nobis quicquid  
 nos scandalizaverit. Matth: 5. induentes arma lucis, ut  
 videant opera nostra bona & Deum glorificent; ne di-  
 cat nobis Deus illud Jerem: 52. Ecce ad te mons pestifer,  
 qui corrupis universam terram... dabo te in montem  
 combustionis, ne etiam in scandali cathedra, verè  
 Pestilentiae, Ps: 1. sedentes, ut pulvis a vento projectus  
 iter nostrum, ut impiorum, pereat, trahentes, ut ille  
 Draco infernalis, tertiam partem hominum per nos  
 in ruinam adductorum*

## Titulus CXXXI.

### Societas

*Est adunatio hominum ad aliquid perficiendum, ut S. Th.  
 Opusc: cont: Relig: impugn: c. 5. definiuit. Dividitur quae in  
 Bonam, quae inter bonos & virtuti debitas, & Malam, quae  
 inter malos & vitiosos reperitur*

*ex Scriptura Eccl: 10. Omne animal diligit simile sibi... omnis homo si-  
 mili sui sociabitur. Eccl: 4. Melius est duos esse simul, quam  
 unum... Va soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem  
 se. Ps: 83. Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam  
 habitare in tabernaculis peccatorum. 2. cor: 6. Quae partici-  
 patio iustitiae cum iniquitate? Ps: 17. Cum sancto sanctus  
 eris... cum perverso pervertēris. Prov: 13. Qui cum san-  
 ctibus gaudet, sapiens erit, amicus stultorum similis effi-  
 citur. Ps: 132. Ecce quam bonum, & quam jucundum habi-  
 tate fratres in unum. Eccl: 37. Cum viro sancto assiduus  
 esto*

*Definitio &  
 Divisio.*

*ex Scriptura*

*Societas  
 bona  
 scandalosa*

esto. *Matth: 18: Vbi duo, vel tres fuerint congregati in no-* 417

*mine meo, ibi sum in medio eorum. = Eccl: 13: Qui tetigerit*  
*picem, inquinabitur ab ea, & qui communicaverit superbo, in-*  
*duet superbiam. Eccl: 7: Discede ab iniquo, & desicient mala*  
*abs te. Apoc: 18: Exite de illa populus meus, ut ne partici-*  
*pes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis, Exo-*  
*di 34: Cave, ne unquam. . . iungas amicitias, quae sint tibi*  
*in ruinam. Eccl: 12: Quis miserebitur incantatori a serpen-*  
*te percusso, & omnibus, qui appropiant bestiis? & sic, qui*  
*comitatur cum viro iniquo, & obvolutus est in peccatis. . .*  
*in labiis suis inducat inimicus, & in corde suo insidiatur,*  
*ut subvertat te in foveam, 2 Thes: 3: Subtrahatis vos ab*  
*omni fratre ambulante inordinate, Ps: 1: Beatus vir qui non*  
*abit in consilio impiorum. Prov: 22: Non habitaveris*  
*cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas la-*  
*queos animae tuae, Eccl: 41: Filii abominationum sunt*  
*filii peccatorum, & qui conversantur secus domos impiorum,*

*S. Bern: in epist: Bonum esse inter malos tanta virtutis*  
*est, quanta difficultatis, quale nempe est illud, in igne sine la-*  
*sione versari. Origenes: Pius inter impios, tanquam*  
*smaragdus in luto, margarita in arena est. Hugo Viet: Inst:*  
*novit: c. 5: Qui cum peioribus conversari appetit, satis se*  
*depravatum ostendit. S. Basil. Const: c. 19: Quia elegan-*  
*tius fingi potest mixta inter se morum, animorum que con-*  
*temperatione. S. Greg: ho: 8: in Ezech: Qui sancto viro*  
*adhæret, ex eius exemplo operis accipit, ut accendatur in*  
*honorem veritatis. S. Chrys: in Ps: 4: Si malos fugias bonos*  
*autem sequaris, utrimque, & virtus augetur, & decrescet*  
*vikium. S. Bern: den: Virtuosa utens societate, diversa*

Societas  
mala  
Fugienda

Ex 35. Pa-  
tribus

sibi

478. sibi potest promittere subsidia, S. Ambr: l. 1. Offic: c. 46.  
Ad instructionem jungi bonis, plurimum proficit & ad  
probitalis testimonium, S. Chrys: sup: Matth: Amicitia  
enim pares aut quarunt, aut faciunt, Rerum natu-  
ra est (idem S. ibid:) ut quoties bonus malo conjungitur  
non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus conta-  
minetur, S. Irid: l. 2. Soliloq: Proximus periculo diu tutus  
non eris, saepe familiaritas implicavit, saepe quod volun-  
tas non potuit, assiduitas superavit, S. Cyprian: in 3. 48.  
Deplorandus ille status est, ubi jam non vltis excusatio,  
sed auctoritas datur: nullum enim malum difficilius extin-  
guitur, quam quod multitudinis consensu asseritur, & exu-  
satione blanditur, & de sing: Cler: Mala societas corrup-  
tionem seminat, & per infinita dedecora simplices mentes  
invenit in perditionem, S.

<sup>+</sup>  
Exempla  
7

Alexius Romae, cum ab amicis ad Amphitheatrum  
invitus fuisset perductus, repente ludorum gladiatoriorum  
amore correptus insano spectavit, clamavit & exarsit, S. Aug: l. 6. c. 49.  
Gordiana S. Gregorii Magni Amica, etsi sanctissimo  
frueretur sororum stirum Tharsilla & Emiliana exem-  
plo, quia tamen plus aequo consuetudine luxuriam puellarum  
gaudebat, post sororum mortem misere seducta est, ita  
ipse testatur, S. Greg: l. 4. Dial. c. 16.

In Oppido quodam Ultrajedensis in Belgio Diocesis  
Scholares aliqui ludo ac computationibus dediti, in certum  
conveniebant agrum lusorium, ubi semel eorum unus ne-  
fando sane intento, pactum cum ceteris inivit, ut qui eo die  
lucrareretur, alios cogere posset ut secum irent quo ipse vel-  
let. Deo permittente lucratur ipse, ac se ex pacto secutos  
ducit omnes in Lupanarj, & sua libidine expleta cogit a-



lios ad idipsum. Unicus introivit verè coactus, qui cum  
 precedentium cohibere non posset impetus, ad feminam qui-  
 dem intrauit, sed ostio clauso, ei virginitatis amorem ita pro-  
 fessus est, ut sociis deceptis, & feminã dono ad silentium con-  
 uicta, illusus Dei gratia euaserit; rediens tamẽt domum  
 nocte iam obscura obuius ei factus est custos Angelus, forti  
 eum increpans alapa signo ad plures dies mariente, quodã  
 talibus se iunxisset, cum tanto Virginitatis amittendã pe-  
 ricillo. Spec. Exempt. Angel. 26

Hippocrates, cum ei aliquando adolescens obuius <sup>fiens</sup> quem  
 amator sequebatur, erubescenti adolescenti dixit: cum itis tibi  
 eundem, cum quibus colorem non mutes. *Plutarchi: in lacon.*

Quem ad modum a vili pretiosum segregare solemus, <sup>similia</sup>  
 ne hoc ab illo deterioretur, vel obscuretur, sic a malis boni  
 se debent segregare, eosque ut venenum, pestem que con-  
 tagiosam fugere, quorum vel solo halitu boni ut tersa  
 specula inficiuntur, ut massa ab acriori fermento corrumpi-  
 untur; boni verò cum bonis muluo se foveant, illuminant  
 defensionunt adiuvant: unde satis patet & bona Societatis <sup>Motiva.</sup>  
 necessitas, utilitas, iucunditas & requitas; ac mala per-  
 versitas, fallacia, damnositas, perniciositas, facilitas pro-  
 contrahenda, ac pro deserenda difficultas. Quare Prov. 1:  
 dicitur: Prohibe peccem iuvm a seminis eorum, pedes enim <sup>Motiva.</sup>  
 illorum ad malum currunt, & paulo ante: Filii si re lac-  
 taverint peccatores, ne acquiescas eis, nec ambules cum eis,  
 Nam ex Ps. 105. Qui commixti sunt inter gentes, didi-  
 cernat opera eorum, & Nahum. c. 1. ut spina se invicem  
 complectuntur, nec facile possunt avelli. & Oleaster super  
 Verba Exod. c. 30. v. 10. dicit: Quid, queso altare peccavit,  
 ut

ut sanguinis expiatione inoigeat, & respondet: Non  
 quaecumque peccator tangit, etiam si sacerdos sit, im-  
 munda reddit. Tam virulentum est mala vicinitatis  
 contagium, ut in ipsas Dei sacras aras se diffundat cor-  
 ruptorum morum pestis. Seneca. apud Drexel: ait: *Ali-*  
*enis perimus exemplis: nemo sibi tantum errat, sed aliis*  
*erroris causa & auctor est, & l. 2. de ira c. 8. Sic habet:*  
*Sumuntur a conversantibus mores, & ut quaedam in*  
*contactu vitia transiliunt, ita animis mala sua proxi-*  
*mis tradit: unde emanavit axioma: Homo homini lu-*  
*pulus (granat: loc: com:) homo homini daemon, & illud: Scabiosa*  
*ovis totum inficit gregem, ex Seneca in pmi.*

Auctores.

Drexelius in Niceta, Engelgr: in festo Epiph: Bysaus,  
 Flabor, Granatensis, Beyrlinix, Langius, &c.

## Titulus CXXXII.

### Solatia spiritualia

Ex multis, quas hic reperio, sententijs unam aut al-  
 teram huc apponam, ut in via regni caelorum, quod  
 certe Vim patitur, ad noscamus pariter, quod mandata  
 Dei gravia non sunt, ut in ea via, etiam laeti curramus.

### S. I. Solatia pro Religiosis.

1. Circa difficultatem in virtutibus acquirendis.

Quia virtus secundum naturam, vitia vero inimica  
 & infesta, quid autem, facilius relinquere, quam ini-  
 micum? Seneca.

2. Circa carentiam Praelationis Ecclesiasticae.

Quia si per vera peccant, tot moribus digni sunt,  
 quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.  
 S. Gregorius.

3. Circa

## 3. Circa Paupertatem

Non displiceat paupertas tua, nihil ea potes ditius invenire; vis noscere, quam locuples sit? Caelum emit. *s. Augustinus*

Quiescissime viverent homines, si hæc duo tollerentur, meum ac tuum. *Seneca*

## 4. Circa difficultatem Jugi Domini

An non labor fidei jugum suave, crux inuncta? *s. Bernardus*

## 5. Circa Superiores malos.

Quia Obedientia est navis celesterrime ad portum vehens, salutis; quis ergo curas si Navarculus est homo malus, modo te bene ad portum dirigat? non assignat *Aut.*

## 6. Circa Votorum difficultatem.

Non te votiis peniteat; imo gaude jam non tibi licere, quodcumque detrimento tuo licuisset. Felix necessitas, quæ te ad meliora compellit. *s. Augustinus*

## 7. Circa Religiosorum molestias.

Quia Claustralis Paradisus ad suavem spirantem Austri clementiam tot floribus austri vernat, quot virtutibus abundat. *s. Bernardus*

## 8. Circa abdicacionem propriae voluntatis.

Ceset propria voluntas, & infernus non erit. grande malum propria voluntatis. *s. Bernardus*

## 9. Circa distractiones pro salute proximi.

Non nimis insistere oculis contemplationis, quia meliora sunt ubera predicationis; nam etsi Rachel formosior, sita tamen fecundior est. *s. Bernardus*

## 10. Circa defectum virtutis.

Quia hæc ipsa opinio defectus est via ad virtutem. Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat. Dixit *Seneca*

## S. II. Solatia pro secularibus.

1. Circa carentiam mundanae prosperitatis.  
Quia prospera seducunt, aspera ducunt ad patientiam. Vedatio dat intellectum: stultus est in culpa, sapiens in poena, erit. S. Gregorius.
2. Circa carentiam fortunae.  
Quia fortuna est mari similis, ubi repente tempestas excurrit navigia absorbens.
3. Circa carentiam ornatus corporis.  
Hoc ipsum quod nos non ornamus, ornatus est. S. Ambr.  
Verus ornatus Christianorum boni mores sunt. S. August.
4. Circa defectum habitationis.  
Quia in loco peregrinationis nemo curat de habitatione pretiosa stabili sibi providere.
5. Circa carentiam temporalis potestatis.  
Quia saepe suscepta cura regiminis cor per diversa verberat; & impar quisque invenitur ad singula, dum confusa mente dividitur ad multa. S. Greg.  
solus is regnat (teste Hugone) cui lege rationis suos motus ordinat. vis ergo regnum? do tibi magnū rege te ipsum.
6. Circa carentiam liberorum.  
Quia inde quot cura & afflictiones, in eis educandis, alendis, regendis, haeredandis?
7. Circa defectum natalium.  
Undecumque homines nascentur, si parentum vitia non sectentur, honesti & salvi erunt. S. Augustinus.  
Ex meretrice natus, aut adultera, si virtute propria decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis. S. Chrysostomus.
8. Circa carentiam Nobilitatis.  
Sola apud Deum libertas est, non servire peccatis;



summa apud Deum nobilitas, clarum esse virtu-  
tibus. S. Hieronymus. Plerumque nobilitas carnis,  
ignobilitatem parit mentis. ioh. 2

9. Circa carentiam divitiarum.

Quia possessa onerant, amata inquinant, amissae  
cruciant. S. Bernardus. Aurum est materia laborum  
enervatis viribus, malus usus. proditor servus. S. Aug.

10. Circa amissionem rerum temporalium.

Magna consolatio est in rerum amissione illa tem-  
pora ad mentem revocare, quibus aliquando non  
habuit quod amisit. S. Gregorius.

11. Circa paupertatem.

Quia quid morum infirmitas vulnerat, paupertatis me-  
dicina curat. S. Gregorius. Aut pauper sis necesse est, aut  
pauperi similis, si vacare animo vis. Seneca.

12. Circa carentiam amici.

Quando nos moriendo deserunt, nos solum ad tempus  
deserunt, praeceduntque brevi secuturos. S. Bernardus.

13. Circa carentiam familiaritatis cum mulieribus.

Cur tu colloquia mulierum amas, quorum cantu sole-  
rabilius est audire basiliscum sibilantem. S. Augustinus.  
Adam, Sampson, David, Salomon, foeminae decepti sunt  
ut habemus ex Sacris litteris.

14. Circa carentiam conjugii.

Quieta est vita, quam non uxoris suspicio, non sollici-  
tat ancillarum sumptus, nec conturbat filiorum perver-  
sitas. Hugo.

15. Circa amissionem conjugis.

Coniux ex adventum bonum: nec est inter illa, quae  
semel alicui contingunt. Seneca.

16. Circa amissionem liberorum.

Stultus est, qui flet mortem mortaliu[m]: habeat eos  
ille,

ille, cupis magis erant, quam tui - educandos tibi illos mandaverat; recepit illos, non abstulit. Seneca

17. Circa carentiam solatiorum mundi.

Quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipsis postea cogemur sentire tormenta. S. Gregorius.

18. Circa iugum servitutis:

Licet corpora obnoxia sint Dñis, mens tamen sui iuris est. Seneca & Bonus, etsi seruiat, liber est; malus, etsi regnet, servus est tot Dñorum, quot vitiorum. S. Augustinus.

### S. III. Solatia vtrisque communia

1. Circa tribulationes.

Quia tribulatio est loco purgatorii, juxta illud Eccl: Est, qui multa redimat parvo pretio.

2. Circa numerum tribulationum.

Sicut varietas gemmarum ornat coronam; ita & animam varietas tribulationum.

3. Circa persecutiones.

Ecclesia dum persequitur, floret; dum opprimitur, crescit, dum leditur, vincit. S. Hilarius.

4. Circa flagella.

Flagella sunt thesaurus infinitus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei. S. Bernardus.

5. Circa penitentiae laborem.

Sicut dolorem medicinae spes salutis mitigat, ita penitentiam spes veniae. S. Bernardus.

6. Circa carentiam laudis

Charitatis & pietatis miracula tanto securiora sunt, quanto & occultata. S. Gregorius.

7. Circa humane gloriae carentiam.

Si bene sibi mens conscia caelum libera petit, nonne omne terrenum spernet negotium. Boetius.

8. Circa carentiam honoris.  
Qui nititur ad altiora ascendere, quid aliud agit, nisi ut crescendo exterius decrescat interior. S. Gregorius.
9. Circa carentiam famæ.  
Senti de Augustino quod lubet, sola me in oculis Dei conscientia non acutet. S. Augustinus.
10. Circa simplicitatis infamiam.  
Nihil simplici corde felicius, nihil est, quod pati ab aliis formidet. S. Gregorius.
11. Circa derisum.  
Nondum felix es, si te hircus nondum deriserit. Seneca.
12. Circa contemptum.  
Si vis beatus esse, hoc primum cogita, contemneres, & ab aliis contemni. Seneca.
13. Circa humiliationem.  
Ut melle confectioes, sic humilitatis dulcedine conduntur virtutes. Hugo.
14. Circa pudorem propriae accusationis.  
Melior est modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus. S. Augustinus.
15. Circa accusationem in publico.  
Quia si vera, prodest ad satisfactionem; si falsa, ad meritum.
16. Circa detractiones.  
Malis displicere, laudari est. Seneca.
17. Circa confusionem.  
Quia servit ad querendum Deum ex illo. Impie facies eorum ignominia, & querent nomen tuum, Domine.
18. Circa malam societatem.  
Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet.
19. Circa carentiam humani favoris.  
De divina miseratione tunc sperandum amplius est, quando presidia humana deficiunt. S. Ambrosius.

20. Circa odium & inimicitiam  
Inimicus tibi prodest ad meritum, sibi nocet ad de-  
meritum.
21. Circa carentiam voluptatum gustus  
impossibile est, ut quis de delictis ad delicias transeat,  
& in utroque saeculo sit beatus. S. Hieronymus
22. Circa difficultatem jejunii.  
De abstinence prodeunt castae cogitationes, rationa-  
biles voluptates, salubria consilia. S. Barnabae
23. Circa tristitiam  
Vis nunquam esse tristis? Bene vive. S. Augustinus
24. Contra tentationem de fortuna malorum.  
Venient Novissima, quando nulli bono erit malum,  
nulli malo erit bene. S. Augustinus.
25. Circa dolorem, & fletum.  
In lacrymis odor vitae, sapor gratiae, gustus indulgentiae. (S. Bernardus)
26. Circa desiderium Communionis.  
Obediendo obtines, quod per Communionem obtinisses.
27. Circa ariditates  
Si ego non abiero, Paraclitus non veniet. Christi Apostolis.
28. Circa studii difficultatem  
Sicut stellas caeli non exstinguit nox, sic S. Scriptura  
studio deditum non obscurat iniquitas. S. Hieronymus
29. Circa morbos.  
Exterioribus cruciationibus ab interna passione liberaris. (S. Greg.)
30. Circa brevitatē vitae.  
sapiens cogitat qualis, non quanta sit vita. Seneca
31. Circa mortem imminētem.  
Mors est depositio sarcinae graevis, nam corpus aggra-  
uat animam. S. Augustinus
32. Circa defectum ingenii  
Qui ingenium accepit de negligentia, iustus punietur. (S. Greg.)
33. Circa defectum memoriae  
Placeat



Placeat paucorum, sed utilium capax memoria

34. Circa defectum scientiæ

Scientiæ inflat. oportet sapere ad sobrietatem ex Apostolo.

35. Circa iram.

Si ira non fuerit, nec iudicia stant, nec crimina com-  
pescuntur. S. Chrysostomus.

36. Contra timorem mali imminens.

(S. August.)

Ti-me eum, qui super omnes est, & neminem formidabis.

37. Circa desperationem ob peccata.

Non queritur quis fueris, sed quis sis. S. Ambrosius.

Non nocent mala præterita, si non placent. S. Augustinus.

## Titulus CXXXIII.

### Spes, & Fiducia in Deum

Sic describitur ab Alberto Magno in parad. anim. c. 21.

Definitio.

Est certa expectatio futura beatitudinis proveniens ex  
gratia Dei, & meritis præcedentibus, dividi potest in

divisio.

spem minus perfectam, robustam, & in firmissimam pro  
varietate intensioris: illa spei nomen retinet; ista vero  
proprius Fiducia appellatur.

Prov. 3. Habe scientiam in Dño ex toto corde tuo, & ne

ex S. Scrip-  
tura.

innitaris prudentiæ tuæ. Ps. 26. Dñus illuminatio mea

& salus mea, quem timebo. ex. Ps. 145. Noli confidere

in principibus, in filiis hominum in quibus non est salus,

Jer. 17. Male dicitur homo, qui confidit in homine, & a Dño

recedit cor eius. Joan. 10. Confidite, quia vici mundum; 2. Cor. 3.

Fiduciam autem talem habeamus per Christum ad Deum, non

quod simus sufficientes cogitare aliquid de nobis, sed sufficien-

tia nostra ex Deo est. Eccl. 2. Nil illis speravi in Dño, & con-

fusus est. Luc. 12. Considerate lilia agri quomodo crescunt;

neque laborant, neque nent... Deus sic vestit: -- conside-  
 rate corvos, quia non seminant, neque metunt, & Deus  
 pascit illos, Quanto magis vos, Ps: 37. Sperantem in dño  
 misericordia circumdabit, Heb: 3. Nolite timere confiden-  
 tiam (Hebr: 10) quæ magnam habet remunerationem, Ps:  
 72. Mihi adhaerere Deo bonum est, & ponere in dño spem  
 meam. Ioan: 5. Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum  
 quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius,  
 audit nos, Ps: 7. Qui sperant in te: in æternum exulta-  
 bunt & habitabis in eis.

et P.

S. Aug: lib: de vit: pan: Nemo desperet, in dñam tradi-  
 torem, non tam scelus, quam indulgentiæ desperatio fecit  
 penitus interire, sed tamen, ut ait S. Greg: 11. Mor: De spe  
 incassum præsumit, qui timere Deum in suis operibus renuit,  
 S. Aug: de verb: dñi. Dubitas, quod dabit tibi bona sua, qui  
 non se dignatus est suscipere mala tua. S. Ambr: in Luc:  
 Nemo veterum conscius peccatorum desperet premia divi-  
 na. Novit Deus mutare sententiã, si tu noveris mutare  
 delictum. S. Chrysostomus ho: 2. in Ps: 56. Si impius es, cogita  
 publicanum; si immundus es, attende mæretricem; si homicida  
 es, prospice latronem; si iniquus es, considera Paulum prius  
 persecutorem, postea Annunciatorem. S. Zeno ser: de fili: spe,  
 & char: Tolle spem, artes virtutes que universæ cessabunt.  
 S. Aug: de verb: Apost: Victor, quando laborat ambulando,  
 ideo laborem tolebat, quia sperat; tolle illi spem, perveniendi,  
 continuo franguntur vires ambulandi. S. Bern: in Ps: Qui hæc:  
 Fria considero, in quibus tota spes mea consistit, Charitatem  
 adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis.  
 S. Hier: in Epist: Spes premii solacium fit laboris, S. Bern: l. c.  
 Tantum per nos operabitur Deus, quantum se nostra in eum  
 si-

fiducia extenderit, S. Ambr: l. de Joseph c. 5. Ibi plus est  
auxilii, ubi plus est periculi: quia Deus est adiutor in oppor-  
tunitatibus in tribulatione. Kemp: l. 3. c. 46. Qui in me con-  
fidit (dicit Dominus) nec proprio iudicio stare appetit, absque  
humano terrore erit.

S. Franciscus suis in viaticum dare consuevit illum *Exempla.*  
Ps. 54. versum: facta super Dominum curam tuam, & ipse te  
enutriet: & Pontifici de alimentis sciscitanti dixit: Matrem ha-  
beris pauperem, sed Patrem ditissimum. vit.

Quidam juvenis Monachus, querebat à Seniore, an non  
liceret sibi partem pecunie in futuros usus reservare, cui  
Senior: Hoc si feceris, scito Deum nullam tui curam habiturum  
ut qui tibi ipsi providere studueris: ad hæc ille, pecuniam il-  
lic a se projecit, & totam spem in Deo collocavit. vit. 299.

Hispani an: 1554. cum nec panis, nec alius cibus in domo  
esset, & tamen S. Franciscus Borgia, magna in Deum fidu-  
cia, signum ad prandium dari iussisset, subito puer ad  
Januam pulsavit ab Isabella Galindia cum copioso mis-  
sus comedeat. Ris: l. 14. n. 84.

Sicut Naucleri in periculis oculos in astrum aliquid *similia.*  
sic nos in Deum, ut parvuli ad matrem, naufragantes  
ad anchoram, demersi ad tabulam confugiamus, in eo  
ut Rege ditissimo, potentissimo, magnificentissimo confida-  
mus: hoc enim & ipse nobis præcipit ore Davidis: Spera  
in Domino & fac bonitatem, & nobis ipsis necessarium, utilis *Motiva*  
simum, ac jucundissimum ex dictis comprobatur, sed *& Media.*  
Spem comitari debent bona opera, patientia, Gratia  
assidua, firma fides, Mediatorum invocatio: ut fiat mi-  
sericordia Dei super nos, quem admodum speraverimus  
in

in eo Ps: 32. Querentes primum regnum Dei & iustitiam  
 ejus, ut reliqua adiciantur nobis *Matth: 6.* Ut relinquen-  
 tes omnia, Jesum secuti, centuplum, & vitam eternam  
 accipiamus *Matth: 19.* Tanta enim est Divina misericor-  
 dia erga sperantes, teste Greg: Nyss: in Ps: ut sicut ante  
 oculos ejus mille anni sunt tanquam dies hesterni que  
 præterit *Ps: 90.* ita peccatorum multitudo, si fidens pecca-  
 tor respiciat, non procrastinans, nam spes, que dif-  
 feritur, affligit animam, ut dicitur *Prov: 13.* peccandi oca-  
 siones deserens: Egressus foras Petrus, flevit amare, sic  
 que fiet misericordia Dni, ut consolatur nos *Ps: 102.* vnde  
 Augustinus spem dixit hujus vite beatitudinem, & sane  
 qui sperat in Dno, non timet, ut David dicebat *Ps: 124.*  
 Qui confidit in Dno, non commovebitur, & *Isaias 412.*  
 in Cantico: Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam,  
 & non timebo.

Auctores.

Franc: Arias, Jac: Alvarez, Drexelius, Dvulreman,  
 Nicolaus Sault in Ante solatio, Rodriguez, Rovignolinus  
 Stapleton, Alber Pet: Sanchez, Marchant, Mansi, &c

## Titulus CXXXIV.

Spiritus Sanctus.

*Definitio.* Est Tertia Persona in Divinis a Patre Filioque præce-  
 dens per amorem. Ejus dona sunt 7. ex *Isa: 11.* scilicet:  
*Dona.* Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, Pietas, Scie-  
 tia, & Timor Dei. Fructus vero 12. ex Paulo ad Gal: 5.  
*Fructus.* nempe: Caritas, Gaudium, Pax, Patientia, Benigni-  
 tas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia,  
 Continentia, Castitas

joan:



ex 3. Scriptura.

Joan: 7. Vidi Spiritum descendentem de Caelo quasi columbam, & mansit super eum, & c. 20. Hac cum dixisset insufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum. c. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis... Spiritum veritatis, 1. cor: 12. Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, 1. cor: 3. Spiritus Dei habitat in vobis, Sap: 12. O quam suavis est, Dne, Spiritus huius, 1. cor: 12. Nemo potest dicere Dnus Jesus, nisi in Spiritu Sancto, Luc: 12. Spiritus S. docebit vos in illa hora, quid oporteat vos dicere, 2. Cor: 3. Vbi Spiritus Dni ibi libertas, 2. P: 103. Emittes Spiritum thumi, & creabuntur, & renovabis faciem terrae, Rom: 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis, & c. 8. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram, quia quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

S. Ambr: in c. 1. Luc: Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia. Mart: Episc: in Epist: ad Burdigal: Recedente Spiritu S. a tabernaculo mentis, evacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine. S. Aug: s. 2. ser: 2. Pent: Quod est anima corpori hominis, hoc est Spiritus Sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia, S. Gregorius in Mor: Jacirbo Spiritus S. igne & columba nobis monstratus est, quia videlicet omnes quos implet, & columba simplicitate mansuetos, & igne zeli arduos exhibet, & hom: 26. In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus, & caelo datur Spiritus, ut diligatur Deus, Ven: Beda ho: 9. in Luc: Nulla in discendo mora est, ubi Spiritus Sanctus Doctor adest, S. Greg: ho: 36. in Evang: In linguis igneis apparuit Spiritus, quia omnes

ex Patribus.

nes, quos repleverit, ardentem pariter & loquentem facit. Ita  
 & solus sermo Doctoris est, si præbere non valet incen-  
 dium amoris. S. Bern: ser: 2 Pent: Spiritus Paraclētus  
 dat pignus salutis, robur vite, scientiæ lumen, ut, quod  
 per naturam tibi impossibile est, per gratiam ejus, non  
 solum possibile, sed etiam facile fiat. ~

Exempla.

Juvenis quidam post exactam in vitis juventutem,  
 morbo lethali correptus noctu vixi apparentem vidit  
 Patrem æternum, sed aspectu sibi terribilem; nocte secunda  
 Filium damnationis sententiam fulminantem; unde jam  
 de salute desperabat; sed pro eo orante fratre juniore, illi  
 nocte 3<sup>a</sup> spectabilem præbuit se Spiritus S<sup>cti</sup> contritionis  
 donum benigne largiens, securumque salutis pignus  
 relinquens; sicque ipse penitens post triduum aliud migra-  
 vit e vita. Spec: Exc: Confessio. Ex: 29 ~

Anno 1275. Quædam mulier devota a sensibus ab-  
 tracta vidit, quodcum Patres Franciscani Comitia gene-  
 ralia celebrarent, Sp̄s S. super illos in ecclesia congrega-  
 tos in specie ignis descendit. S. Anton. p. 3. Hist: vit: 2. c. 1 ~

Suadente S. Balthasare Alvarez. S. Theresia, invocans  
 ea sine Sp̄m S. per Hymnum Veni Creator ad perfectio-  
 nis quotidie vite recognitionem, & complexum devenit.  
 vit: S. Balthas: c. 11 ~

Similia.

Sicut ab igne manat lux & calor, ita a Patre & Filio  
 Spiritus Sanctus. Sicut cor per os producit flammam, ita  
 Pater per Filium producit Sp̄m S. qui dirigit animas  
 ut vehis navim; fecundat, ut aqua terram, accendit  
 ut ignis, illuminat ut sol, docet ut Magister, comitatur ut  
 ductor, recreat ut Amator, inspirat ut Spiritus, sanctifi-  
 cat ut Sanctus; donat ut dives, protegit ut tutor, sa-  
 nat

nat ut Medicus, sicut saluat ut Deus qui est cum Pa-  
tre & Filio in saecula

Magna ergo nobis est & amandi & invocandi Spiritus  
S<sup>h</sup> necessitas, utilitas que maxima, quod digne pro-  
tabimus si peccata fugientes, ejus Spiritus fructus refe-  
ramus, ut & ejus dona acquirere ab ipso mereamur. Ipse  
est ignis quem Divinum Verbum mittere venit in terram  
volens ut accendatur Luc. 12. inde que fertilitas factus est  
repente de caelo sonus tanquam ad venientis spiritus ve-  
hementis, Act: 2. ut amoris excitaret flammam. Sic que  
Christus ascendens in altum dedit dona hominibus Epht.  
per Spiritum sanctum, qui deducet nos in terram rectam  
Ps: 142) per septem sua dona in animas ingrediens, ut  
Nilus in mare per ostia totidem, ad eas purgandas, ut  
igne purgari a peste domus solet, aurum purificari,  
cera mollificari, & gravia sursum attolli

Motiva.

Marchantius, Beyrlinck, Bessens, Faber, Granaten-  
sis, Canisius, Daurothius, Engelgrave, omnes vel hoc  
Verbo, vel in Festo Pentecostes

Auctores.

### Titulus CXXXV.

#### Superbia.

Definitur a S. Thoma & aliis: Inordinatus appetitus pro-  
pria excellentia. Dividitur in varias species pro actuum  
diversitate; ut dum quis sibi ipsi gratulatur de donis Dei, ut  
propriis & est proprie Superbia; dum operatur quis ut ab  
hominibus laudetur, & est Vanitas; dum a se gesta quis  
exaggerando laudat, & vocatur Jactantia; si aspiret  
ad dignitates supra merita, est Ambitio; si supra vires ali-  
quid attentet sibi fidens, est Praesumptio; si probitatem  
affectando simulatur, est Hypocresis; si proprium judicium

Definitio.

Divisio.

aliis submillere tenaciter renuat, est *Perfinacia*; cum  
 alios despiciens sibi honores ut debitos iniuste exigit, est  
*Arrogantia*. &c.

ex sacra  
 scriptura.

Prov: 16. *Melius est humiliari cum mistibus, quam  
 spolia dividere cum superbis.* Sap: 5. *Quid nobis proluit  
 superbia, aut divitiarum iactantia quid contulit nobis:  
 transierunt omnia illa tanquam umbra.* Ps: 73. *Superbia  
 eorum, qui te oberunt, ascendit semper.* Tob: 4. *Superbi-  
 am nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari per-  
 miltas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Jer:  
 9. *in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosce me, Eccl:  
 11. In die honoris tui ne extollaris, quoniam mirabilia opera  
 altissimi solus.* Prov: 11. *Ubi fuerit superbia, ibi erit & con-  
 tumelia.* 1. Pet: 5. *Deus superbis resistit.* Is: 2. *Dies Dni su-  
 per superbum, & excelsum, & arrogantem, & humiliabitur.*  
 Sophon: 1. *Visitabo super omnem, qui arrogantem ingredi-  
 titi.* Num: 15. *Quoniam adversus Dnum rebellis fuit, peri-  
 bit de populo suo.* Amos 6. *Dicit Dnus Deus exercituum:  
 detestor ego superbiam Jacob, & domos eius odi.* Malach:  
 4. *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt  
 omnes superbi stipulae.* Is: 62. *Incitvabitur alitudo viro-  
 rum, exultabitur autem Dnus solus in die illa.* Ps: 30. *Re-  
 tribuet abundanter facientibus superbiam.* Eccl: 10. *Do-  
 bilis coram Deo est, & hominibus superbia.* Ezech: 16. *Hoc  
 fuit iniquitas Sodomae, superbia, &c.* Prov: 13. *Inter su-  
 perbos semper iurgia sunt.*

ex 2. Petri 2.

5. Aug: in Reg: *Superbia in bonis operibus insidiatur,  
 ut pereant.* s. iud: 1. 3. *desum: 60: Omni vitio deterior est  
 superbia. Luxuria etiam, pensante Deo, superbia mi-  
 nor est.* innoc: *te vil: cond: hum: Omnis fere vitiosus*



diligit sibi similem, solus superbus odit elatos: unde inter  
 superbos semper sunt iurgia. S. Clim: gr: 22. Alienissima  
 a luce sunt tenebrae, ita & superbus a virtute omni. S. Ambr:  
 ser: 7. in Ps: 118. Maximum peccatum in homine superbia  
 est: quid eo potest esse deterius, quod a Dei coepit injuria.  
 Bellor: spec: mor: Superbis furor in cogitatione, clamor  
 in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in laetitia fu-  
 ror in tristitia, inhonestas in actione, erectio in incessu, van-  
 ror in responsione. S. Chrys: ho: 11. in gen: Etsi quis innu-  
 mera bona fecerit, si tamen maximum quid de se sentit,  
 maxime omnium miserabilis est, & miser. Cass: l: 12. c: 3.  
 Nullum est vitium, quod ita omnes virtutes exhauriat,  
 ut superbia malum, tanquam generalis quidam, ac pes-  
 tifer morbus. S. Greg: l: 34. Mor: c: 18. Alia vitia eas solu  
 modo virtutes impediunt, quibus ipsa destruantur. Super-  
 bia autem, nequaquam unius virtutis extinctione conten-  
 ta, contra cuncta animae membra se erigit. S. Clim: gr: 25.  
 Superbia est negatio Dei, in ventum diaboli, despectus ho-  
 minum, auxilii Divini obstaculum, fons furoris, custos pec-  
 catorum, Hostis Dei, blasphemiae radix. S. Greg: Bene de  
 superbis dicitur, quod facies eorum in fossam demergun-  
 tur (Job: 40) quia ima petunt, dum superbiendo altera ap-  
 petunt. S. Laur: just: Nulli unquam Deus peperit super-  
 bienti, sive in caelo, sive in terra. S. Aug: ad com: qu:  
 Non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nul-  
 lum peccatum potuit, aut potest, aut poterit esse sine su-  
 perbia. S. Bern: Trabs in oculo grandis, & grossa in men-  
 te est superbia, quae oculum mentis obscurat, & veritatem  
 obumbrat. In noc: sup: Superbia vtrostravit Goliath, sus-  
 pendit Aman, interfecit Micanorem, peremit Anthiochum,

436. Pharaonem submersit, & Sennacherib interemit, Sub  
hoste, quem prosternit moritur; qui de culpa, quam supe-  
rat elevatur. S. Isid. de sum. bo. Superbia in peccato est  
prima, in conflictu postrema, & Orat. de humil. Diversis  
locis diversae sunt sectae, sed una mater superbia om-  
nes genuit. S. Aug. de nat. & grat. Cetera vitia in ma-  
lestuctis valent, sola superbia etiam in recte factis est ca-  
venda.

Exempla.

Blasphemus Clericus sententiam illam: Omnis qui  
se exaltat, humiliabitur, falsam dicens, fulmineo ense in  
acie transfigitur. Spec. in. di. ex. 21.

Virgo quaedam fama sanctitatis insignis ad extrema  
devenit, & post recepta ab ipso loci Episcopo postrema Ecclē-  
siae subsidia, cepit iste coram omni caeli eam laudare,  
de quo ipsa audiens & interiori sibi superbe complacens sic  
oblit, & cum ab omnibus statim in caelum evulsa crederetur,  
se aeternam damnatum Episcopo illi apparens fassa est  
ob illam in extremis superbiam. Discip. in Prompt. li. 1. ex. 21.

S. P. Ignatius fassus est, se nil minus, quam superbia  
timere, & per annos 20. ne minimam de ea tentationem  
sensisse: adeo sui aestimationem deposuerat. vital. 9. c. 2.

Similia.

Superbus, ut fumus, quo altius tollitur, magis eva-  
nescit; ut avarus, quo plus honoris habet, eo plus appetit;  
ut in alto constitutus, sic graviore ruit lapsu; Super-  
bia, ut fulmen, rē clarescit, deinde interimit; ut ventus,  
lumen gratiarum extinguit; ut linea, virtutum inon-  
menta corrumpit; ut modicum fellis, suaviores anima  
cibus veneficat; ut ferreus clypeus, divinis obstat gra-  
tiis; ut subtilis vapor ad caelum usque volat, ut postea

postea ad instar fulguris ad tetrum inferni chaos de-  
citat cum lucifero. Ex quibus educenda erunt motiva. *Motiva*  
delestanda superbiae & opposita humilitatis sectanda.

Ad quod media conducuntissima sunt considera- *Media*  
tio humilitatis Christi, B. V. Mariae, ac sanctorum a-  
liorum; item consideratio propria vilitatis tam a na-  
tura, quam a peccatis; ipsius superbiae vanitas inu-  
tilitas & damna. perpensa, atque humilitatis prae-  
stantia dignitas & bona.

Superbis eveniet quod Na- *Conclusio.*  
buchodo nosori: Ejicient te ab hominibus, & calcabunt,  
ferisque erit habitatio tua; Dan: 4.) quia. *Humilitas*

*Prov. 29.* Dñs est omnis arrogans, unde Superbum sequitur hu-  
militas, & humilem spiritu suscipiet gloria; Prov. 29.)

U. ut Poeta dixit, ferunt altos fulmina montes; Qua-  
re sapienter Zeno Stoicus dixit juveni cui dam inflato:  
Non si magnus fueris bonus eris, sed si bonus eris ma-  
gnus; tandemque Superbis ac elatis evenit quod de Scar-  
cereis pennis volante cecinit Ovidius 2. trist: ~

Lum prebit infirmis nimium sublimia pennis  
Scarus, Scarus nomine fecit aquas ~

Busæus, Marchantius, Duhemian, Canisius, Rosig- *Autores.*  
nolius, Cassianus, Alvarez, Granatensis, Beyrlinck,  
Stapleton, Langius, Mansi, &c

### Titulus CXXXVI.

#### Superstitio.

Ex P. Bussebaum l. 3. c. 1. Est cultus vitiosus veri *Definitio*  
vel falsi Numinis, qui & vitiosus reoditur vel à modo  
vel ad objecto; hujus variae sunt species: ut *Divinatio*, *Species.*

quã facile vel expresse à dæmone imploratur auxilium  
ad naturaliter incognoscibilia penetranda; Idololatria, qua  
creatura ut Deus colitur; Vana observantia, mediâ ad finem,  
improportionata adhibendo; Magia, ad mira ope dæmonis  
patrandâ; & Maleficium, ad aliis ex pacto cum dæmone no-  
cendum.

ex S. Scriptura.

Eccl: 35. Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt  
sperantes in illis. Levit: 19. Non declinatis ad Magos, nec  
ad Ariolos aliquâ sciscitemini, ut polluanini per eos,  
ego Dñs Deus vester. Deut: 18. Non inveniat in te,  
qui Ariolos sciscitetur, & observet somnia, atque augu-  
ria, nec sit maleficus, neque incantator, nec qui Pytho-  
nes consulat, nec divinos, aut quærat à mortuis verita-  
tem. Omnia enim hæc abominatur Dñs. Jer: 10. Juxta  
vias gentium nolite discere, & à signis cali nolite metue-  
re, Deut: 18. Si surrexerit in medio tui propheta, qui  
somnia vidisse se dicat, & prædixerit signum, atque  
portentum, & e venerit, quod locutus est; & dixerit tibi:  
sequamur Deos alienos quos ignoras. non audies verba  
prophete illius, aut somniculdris. Lev: 27. Vir sive mulier  
in quibus pythonicus vel divinationis fuerit spiritus, mor-  
te morientur, lapidibus obruent eos. Apoc: 21. Venefi-  
cis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum  
erit in stagno ardeente, igne, & sulphure, quod est mors  
secunda.

ex Placitis.

S. Chrys: ho: 8. Superstitiosa illa, quæ ægrotis ap-  
plicata, etiamsi mille modis philosophentur, idolola-  
triam tamen sapiunt. S. Gaubent: tr: 4. in Exod: Partes  
idololatriæ sunt veneficia, præcantationes, sidalliga-  
tura



tura, vanitates, auguria, sortes, observatio omnium,  
 parentalia. S. Basil: in c. 2. 11a: Videsne quantum mali  
 importet auguratio? qui huic incumbit, stultitiam que adhi-  
 bet, Dei providentia ac sollicitudine destituitur. Si levi  
 morbo tentatus, illico resiliens à Dño, ad demones accur-  
 ras, quam tandem veniam consequeris? Adeo sunt pecca-  
 ta omnem remissionem superantia, quæque nullam re-  
 cipiunt excusationem, dicente deo hō Jeremiam: Ne  
 depreceris pro populo isto, quoniam si surrexerit Samuel  
 & Moyses, non exaudiam illos.

S. Bernardus, cum adhuc puerulus in gravem mor-  
 bum incidisset, clamoribus omnino à se expulsi miserem  
 quandam incantatricem carminibus eum curare volentem:  
 unde & meruit, illico à Deo sanus & lecto surgere. Sicut 20 Aug.

Philippus Rex Francorum audiens certam imaginem  
 ita suo nomine incantatum, ut ea destructa ipsi moriendum  
 sit, eam assumpsit & in ignem coniecit dicens: videamus, an  
 diabolus potentior sit ad me dependendum, quam Deus ad me  
 salvandum. Matth. Faber conel. 3. in Epiph.

Tiberius Cæsar, Christo in terris regente, contra Magos  
 & Astrologos iudicarios fecit decretum, externos necè, cives exi-  
 lio damnans. 214. 77.

Hoc vitium & Deo maxime displicet, & Christianum de-  
 seet, turpe est, otiosum, saepe inutile, semper dannatum:  
 quanto præstat in Deum confidere, ejus auxilium petere &  
 expectare; ei patienter se in adversis conformare, cui vera  
 nostri cura est, in cujus manibus sortes nostre Dño. Ne ergo  
 demus locum diabolo, qui tot circuitibus quarit nos de-  
 vorare, cui resistamus fortes in fide, renunciantes omni  
 Mena.

pacto, incantationi, divinationi, maleficio &c. ne quem  
voluerimus hic magistrum, & auctorem, aeternum habe-  
amus tortorem & irrisorem.

Auctores. Ioan. Buscæus, Jos. Scagnius, Matthias Faber, Jac.  
Marchantius, Chrystoph. Lehmann in Florilegio hoc: V.

## Titulus CXXVII.

### Taciturnitas

Definitio & divisio. Est virtus immodicum loquendi appetitum refranans.  
Alia est oris, alia operis; per illam a verbis proprie dictis,  
per istam ab æquivalentibus verbis, seu actionibus quietem  
turbantibus abstinemus. Gradus sunt, 1. ut ab illicitis &  
stiosis, 2. ut etiam a nullis licitis, 3. ut & a necessariis  
gradus. quandoque prudenter abstinemus verbis, ut Christus  
coram Pilato demicante Marc: 15.

ex sacra  
Scriptura.

Isa: 32. Et erit opus iustitie pax, & cultus iustitie  
silentium. Eccl: 21. Verbis tuis facito stateram, & franos  
ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua tua. Pro-  
verb: 14. Ubi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.  
Job: 11. Numquid qui multa loquitur, non & audiet? aut  
vir verbosus iustificabitur? Eccl: 3. In multis sermonibus  
invenitur stultitia. Num: 19. Vas, quod non habuerit oper-  
culum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Prov: 29.  
Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis  
speranda est, quam illius correptio. Thren: 3. Qui in con-  
sideratus est ad loquendum, sentiet mala. Prov: 21. Ma-  
la aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tem-  
pore suo. Eccl: 20. Est tacens, qui invenitur sapiens, &  
est odibilis, qui procax est ad loquendum. c. 21. Tacitus  
&



B. Godefridus Ambianus Praesul, cum iter faceret, comites semper praecedere iubebat, & causam rogatus respondit. ne obiosis sermonibus occasio detur. *Broxellius in Phactone 1. 41. 5. 4.*

De Pambo Abbate nonagenario bria specialim referuntur quod scilicet nunquam mentitus sit, nunquam alicui maledixerit, nunquam ultra necessitatem locutus sit. *Hist. laus: Br. 6. 5. 4.*

S. Gertrudis de se ipsa testata est, nunquam sibi vel alii tantum oculi subtrahat, per novem annos Christi praesentiam nisi per undecim dies, ob mundialem quandam, ut ipsa loquitur, sermocinationem. *L. 2. Lusinge 1. 5. 23.*

Joan: Berchmans Patrem quemdam peregre adventantem de more salutavit, sed cum iste longius sermonem protraheret, negavit ille se habere facultatem ad diutius loquendum, ideoque eam petiturus Superiorem adivit. *vita p. 1.*

Idannes Ant: Apulius Advitius, ut silentii legem servaret exactius, saepe in ore calculum gestabat. *Hist. 556. p. 1. 11.*

Pythagoras legem dedit suis discipulis ut per 5. annos tacerent, sicque loqui addiscerent. *S. Bern: l. 2o oravit.*

Cum quidam de Cleantem dixisset, tu quid facis? atqui jucundum est cum amicis confabulari, jucundum quidem respondit Cleantes, sed quod jucundum est, eo magis in hac amicis oportet concedere. *Stob: ser: 33.*

similia

Sicut venator ante visam feram scopum non exprobit, sic ante conspectam utilitatem verba non emittenda, sicut e crumena alium, sic ex ore verbum extrahendum, os enim ut janua est, et lingua clavis cordis nostri & thesauri, ut alicuius secreta audire volentes ad extraneos abstinemus strepitu, sic ut Deum nobis loquentem audiamus, a verborum tumultu caveamus.

Motiva.

Accedit silentii necessitas & utilitas multiplex, jucunditas



ditas item, cœquitas & dignitas, ut ipsius Christi exem-  
 plo demonstratur, qui tanquam mutus non aperiebat os  
 suum, etsi multis impetitis iniuriis & calumniis; Oremus po-  
 tuit Deum nostrum in abscondito, in cubiliis nostris compunc-  
 ti, solitarii in lecto, non curiosi, non cyrovagi, strictiores  
 amicitias & familiaritates de vitando præstolemur cum si-  
 lenio salutare Dei (Thren: 2) servantes tempus facendi, & tem-  
 pus loquendi (Ecc: 3) cœterasque locutionis circumstantias ne  
 unquam excedamus in verbo; si etenim linguâ bene utamur,  
 eâ nil melius; sed si male, nil pejus: unde quidam  
 Poeta recinit:

Media.

Nobile lingua bonum, si fari in tempore novit:  
 Abiile lingua malum, si fari in tempore nascit.

Exiatque celebrè Antiquorum etatum:

Non ulli tacuisse nocet, nocet esse locutum

Rodriguez, Lancizius, Hieronius, Drexelius, Albertus Auctores.  
 Magi, Nieremberg, Alvarez, Mansi, &c.

## Titulus CXXXVIII.

### Templum

Teste S. Bonav: ser: 1. de Dedic: Eccl: Est locus sanctis ope-  
 rionis destinatus, scilicet orationum frequentationi, lectionu  
 recitationi, divine laudis dedicationi, & veri sacrificii obla-  
 tioni. Definitio.

Ps: 26. Unam petii à Dño, hanc requiram, ut inhabitem ex 3. Scrip-  
tura.  
 in domo Dñi, & visitem templum eius; Ps: 92. Domum tuâ  
 decet sanctitudo Dne; Ps: 93. Introibo in domum tuam, in  
 holocaustis reddam tibi vota mea; Gen: 28. Verè Dñus est  
 in loco isto... quam terribilis est locus iste! non est hic aliud,  
 nisi domus Dei, & porta cœli; Ps: 64. Replebimur in bonis

Domus tua, sanctum est templum tuum. Ps. 83. Altaria  
 tua, Dñe virtutum... Beati qui habitant in domo tua. Ps.  
 isa: 56. Lætificabo eos in domo orationis meae, holocausta  
 eorum, & victimae eorum placebunt mihi super altari meo.  
 Jer: 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit sce-  
 lera multa? Agg: 1. Domus mea deserta est, & vos festinas-  
 tis unusquisque in domum suam. Habac: 2. Dñs in tem-  
 plo sancto suo, sileat a facie ejus omnis terra.

ex. Patrius.

S. Eucher: ho: Oportet semper orare: Non autem in hoc so-  
 lum divini timoris officium est, ab domum Dei corporaliter  
 convenire, & visibiliter genuflectere, sed animam supplicatio-  
 nis affectu impetrationis fructu dignam facere, & ad exoran-  
 dum, fide & operibus preparare. V. Beda in c. 2. Joan: Quid  
 fratres mei, putamus, faceret Dñs, si rixis dissidentes, si fabu-  
 lis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret  
 irreptos, qui hostias, quae sibi immolarentur, ementes in tem-  
 plo vidit, & eliminare festinavit? S. Chrys: ho: 74. in Math:  
 Quid facis homo? prostibulum ne tibi videatur Ecclesia, &  
 foro ignobilior? nam in foro erubescis, etiam hines, nequis  
 te videat mulierem sectari; in ecclesia vero Dei fornicatio-  
 ni & adulterio vacas, eo ipso tempore, quo tibi magna vo-  
 ce intonatur ut ab his fugias, nec horrescis nec stupes. Ole-  
 aster c. 30. ex: Si macula in corpore aut veste apparet,  
 non audes Ecclesiam intrare, si vero sordida mens, &  
 conscientia, nihil times? S. Nilus: Ecclesiam non secus  
 ac calum frequenta, nihil que in ea aut loquere, aut  
 age, quidam terram sapiat. S. Chrysost: ho: 1. ho: 59. Vite  
 diligentiam & puritatem nihil sic efficit, ut continua in  
 templis conversatio, & alacra ad audientium Verbum Dei  
 stu-

studium). S. Bonav. sup. cit. Non dubitare licet, ubi so<sup>445</sup>  
minici Corporis & sanguinis mysteria geruntur, supernorum  
civium adesse conventus. S. Chrys. ho: 5. c. 21. Extra ecclesi-  
am stat diabolus; ubi enim Christi grax est, lupus non com-  
paret, sed foris stat; Gerson. to. 2. de vit. cler. Sanchiis, & fruc-  
tuosius est regulariter, orare Deum in templis, quam in aliis  
locis: valor quippe orationum ibi factarum cumulatut ex  
oratione generali, & loci majestate. Sed ut ait S. Chrysost.  
ho: 41. in Evang. Nihil certe prodest, loco juxta Christum  
esse, si fide non sis, & S. Aug. serm. 255. de temp. Quam-  
vis facta sint templa, quae videmus, de lignis & lapidibus,  
tamen plus apud Deum preiosa sunt templa cordis, & cor-  
poris nostri: quia illa stant ab homine carnali, ista ab Ar-  
tifice mundi. ☉

Abulensis Leonius Angelum dextero Altaris cornu. *Exempla.*  
assistentem, conspexit sibi dicentem: ex quo sanctificatum est  
altare istud, ego fugiter illi adstare jussus sum. Mansi disc. 5. n. 3.

S. Clemens testatur se cum S. Petro templa hierosoly-  
mis visitasse, in quorum vno duo fratres Martyres erant  
sepulti, quod per singulos annos ipso die natalis eorum mi-  
rabiliter sponte sua dealbatur. Jo. Bapt. Signis de SS. Reliq. c. 25.

Alexander Imp: eo quod ex contemptu tecto capite Ec-  
clesiam intraverat, ingentem adeo sanguinis copiam per  
nares, aliosque meatus subito egressit, ut inde mortuus est  
qui & alias ob aliam in templo irreverentiam, in mentis  
inciderat delirium. Arctas episc. circa an: 972. apud Mansi.

Ipsi Turca caenaculum montis sion, in quo SS. Sacra-  
mentum institutum fuit, ingressuri, praereverentia se se  
discalcerant, nec ullus ibi audeat expiire. Novarin: ap: Mansi.

446. *Similia.* sicut Angeli in caelo, ut Aulici in Regia domo, ut pau-  
peres in mensa divitis, &c. sic nos in templis gerere oportet,  
ubi & caelestes spiritus tremula assistunt reverentia,  
dæmones in vili quiescunt, pagani ipsis que brutis idem  
nos docentibus; & propria nos moveat utilitas rei æquitas,  
& jucunditas, sed & dignitas, qua & cum deo ipsa familia-  
riter agere digni habemur, ut tantæ memores gratiæ, tem-  
pla ut decet frequentemus; in eis, ut domibus orationis, ab  
aliis negotiis abstinemus, sed solis precibus ac piis exerci-  
tiis humiliter, constanter, ac reverenter vacemus. ☉

## Titulus CXXXIX.

### Tempus.

*Definitio, & Divisio.* Est ex Philosopho 4. Physic. Numerus motuum secundum  
prius & posterius, & dividitur in præteritum, præsens, &  
futurum. ☉

*ex Script.* 1. Cor: 7. Tempus breve est, reliquum est, ut qui utuntur  
hoc mundo, sint, tanquam non utantur, præterit enim signi-  
fica hujus mundi. Sap: 4. Etas senectutis vixta immaculata,  
Ecl: 3. Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt uni-  
versa sub caelo, Act: 1. Non est vestrum nosce tempora, vel  
momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, Thren: 1. 1.  
Vocavit ad versum me tempus, 2. Cor: 4. Momenta neminem hoc  
& leve tribulationis nostræ æternum gloria pondus operatur  
in nobis, Ep: 5. Videte, Fratres, quomodo currite ambulatis,  
non quasi insipientes, sed quasi sapientes redimentes tempus,  
quoniam dies mali sunt. Gal: 14. Non benedixeris a die bono,  
& particula boni doni non te prætereat, Gal: 6. Dum tem-  
pus habemus, operemur bonum, Joan: 12. Ambulate dum  
lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant, ☉



*S. Bern: ser: ad Schol: Nihil pretiosius tempore,*  
*& heu! nihil hodie vicius reperitur. Transitunt dies salutis,*  
*se nemo recogitat. S. Aug: ho: 1. inter 78. Quid est redimere*  
*tempus, nisi, cum opus est, etiam detrimento temporalium com-*  
*modorum, ad aeterna quarenda, & capienda spacia temporis*  
*comparare. S. Hier: in c. 14. eccl: Ne dicas, priora tempora*  
*meliora, siere, quam nunc sunt: virtutes faciunt dies bonos*  
*vicia malos. S. Bernardin: to: 4. ser: 18. p. 1. Tempus tantum*  
*valet, quantum Deus, quia si diabolus haberet unum modi-*  
*cum tempus, in quo posset poenitere, sicut nos, ipse saluare-*  
*tur, & acquireret Deum. S. Greg: Naz: Vita nostra quasi*  
*mercatus est, cuius tempus cum abierit, tempus amplius non*  
*erit emendi, quae velis. S. Laur: iust: de rit: solit: c. 10. Tem-*  
*pus divina nobis clementia contulit ad plangendum erra-*  
*ta, ad promerendam indulgentiam, ad virtutes acquirendas,*  
*ad inferni supplicia evadenda, ad aeternam gloriam conse-*  
*quendam. Simon de Cassia l. 13. Non vobis sciamus horam*  
*nostram, quia nescimus horam divinam. Hora nostra est*  
*actionis, diiudicationis est hora divina: athenim ipse salu-*  
*tor: vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. S.*  
*Bern: S. ad Schol: Volat verum irrevocabile, volat tempus*  
*irremeabile, nec advenit insipiens quid amittat. S. Bernardin:*  
*Ser: 4. post Dom: 1. Quid: c. 4. Vide, peccator, temporis pretiosita-*  
*tem, quia modico tempore potest homo lucrari veniam,*  
*gratiam, & gloriam, & to: 1. ser: 13. a. 3. c. 4. Qui male vi-*  
*venbo amisit pretiosissimum tempus, & divino iudicio, &*  
*diabolico opere fit, ut stultus peccator stultus tempus, cum vive-*  
*ret amisit, sic stultissime in incerto tempore mortis spe-*  
*ret.*

Cum

*Exempla.* Cum vir quidam Religiosus audivisset horribilem  
ejulatum, querens, quis, & qua de causa sic lamentaretur?  
audivit, se unam ex animabus damnatis esse, nilque se ceteros  
damnatos ligere magis, quam temporis iacturam. *Ambergi de 7. 665.*  
Magnus quidam vir toties suspirabat, quoties audivisset  
signa sonantis horologii; & interrogatus causam dedit, quod tunc  
maxime afflictus recogitaret rationem à Deo iudice petendam  
de usu temporis. *Mansi disc. 3. n. 9.*

Simonides rogatus, quot annis vixisset, respondit: tempus  
quidem exiguum, annos vero multos. *Stobaeus 5. 96.*

*Similita.* Sicut vna vna, ita dies diem perpetuo irridit; ut sartor  
si parum panni habeat, illud exacte metitur ante quam scindat  
ad vestem conficiendam; sic & nos circa tempus agamus, quod  
ut pretiosum, balsamum, non profundamus, ut raram margari-  
tam, instergulium non mittamus; ut mundicias, obser-  
vemus ut lubricam; ut de commisso thesauro, econo-  
mice disponamus.

*Motiva.* Quare cogitanda assidue est temporis brevitatis, irro-  
cabilitas, & pretiositas: unde apud *Grevel:* habet nonnemo.

*Damna fleo rerum, sed pius fleo damna dierum:*

*Rex poterit vobis succurrere, resno diebus.*

Modus autem amissum tempus redimendi, si restat, est,  
ut *S. Anselmus* monet, est, ea bona, quae olim facere ne-  
gleximus, & ea quae nunc agere debemus, operari. & ut  
*S. Chrysol:* ser. 12. hortatur: Vivamus Deo paululum, qui  
saeculo viximus totum; dedimus corpori annum, demus  
anima paucos dies.

Sic de tempore *Ovidius l. 3. Fast:*

*Tempora labuntur, caelique senescimus annis,*

*& fugiunt sereno non remotaque dies.*

*Nec quae praeterit, rursum revocari tur videtur.*

*At, quae praeterit, horum redire potest.*

*Belle.*

Belle Seneca l. 3. de tranquillitate: dixit: *Nil turpius est quam* <sup>449.</sup>  
*grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum*  
*quo se probet diu vixisse praeter aetatem.* Thetiam enim,  
teste S. Ambrosio, non senecta, sed virtus probabit, & sane  
ut iterum Seneca ep: 39. *Longa est vita, si plena est.* Quid  
sexaginta anni iulvant per inertiam acti? non vixit ille,  
sed in via moratus est: nec sero mortuus est, sed diu.

Engelar: in festo S. Lucae, Faber conc: 6. de S. Cathar: Anciores.  
Drexelius, in Aurifodina, Langius, Beyrlinck, &c.

## Titulus CXL.

### Tentatio.

Est dictum, vel factum ad capiendum de aliquo experimē- <sup>Definitio.</sup>  
tum, ut definit Beyrlinck, vel ut S. Chrysologus serm: 77.

Est species fallens, quae humanam ignorantiā doloros  
educit in lapsus. Dividitur in Divinam, qua Deus ho- <sup>Definitio.</sup>  
mines tentat, ut probet; Diabolicam, qua Diabolus, ut no-  
ceat; & humanam cum ab hominibus vel propria carne  
& cogitatione tentamur: unde & dividi etiam potest in  
internam, qua a nostris passionibus, & externam, qua ab  
externis tentamur anima nostra hostibus mundo & dia-  
bolo. Gradus sunt suggestio, delectatio vel displicentia, gradus.  
consensus, vel dissensus.

Jac: 1. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua* <sup>ex S. Scrip-  
tura.</sup>  
*abstractus & illeclus.* 1. Cor: 10. *Tentatio vos non apprehen-  
dat nisi humana; fidelis autem est Deus, qui non patietur  
vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum ten-  
tatione proventum ut possitis sustinere.* Eph: 6. *Non est*  
no-

nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed  
 aduersus mundi rectores tenebrarum habitum. 1. Pet: 5.  
 Sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus  
 tanquam leo rugiens circuit, quarens quem devoret, cui re-  
 sistite fortes in fide. Eph: 6. in omnibus surmentes scutum  
 fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extingue-  
 re. Eccl: 34. Qui non est tentatus, quid scit? Tob: 12. Quia  
 acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te, Job: 7.  
 Militia est vita hominis super terram. Jac: 1. Omne gau-  
 dium existimate, cum in varias tentationes incideritis...  
 Beatus vir, qui suffert tentationem. 2. Cor: 12. Ne magni-  
 tudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus  
 carnis mee, Angelus Sathana, qui me colaphizet. Apoc: 2.  
 Vincenti dabo edere de ligno vite. Sap: 3. Deus tentavit  
 eos, & inuenit eos dignos se. Apoc: 3. Qui vicerit dabo ei  
 sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum  
 Patre meo in throno eius.

cx. & similit.

S. Greg: in Past. Humanum est, in corde tentationem per-  
 peti; demoniacum vero est, in tentationis certamine & ope-  
 ratione superari. Item: Quis sit spiritus qui loquitur, ipsa  
 suggestio declarabit, semper enim spiritus carnalis mollia  
 spiritus mundi vana, spiritus malitia semper amara loqui-  
 tur. S. Bern: ser: 39. Potest inimicus excitare carnis motum  
 sed in te est, si volueris dare, vel negare consensum. S. Aug:  
 in 39: 67. Tantum ille permittitur tentare, quantum tibi pro-  
 dest, ut exercearis, ut proberis, ut, qui te nequebas, a te ipso  
 inueniaris. S. Greg: 1. 5. mor: c. 17. Recte Myrmicoleon dicitur  
 antiquus hostis, si enim eius suggestionibus assensus prebetur,  
 qua-



quasi seo tolerari nunquam potest; si autem resistitur, qua-  
 si formica alteritur; S. Aug: Indicitur tibi bellum, non so-  
 lum adversus suggestiones diaboli, sed adversus te ipsum.  
 sit rixa tua tecum, & ser: 130. de temo: Diabolus non cogen-  
 do, sed suadendo nocet; nec extorqueat nobis consensum, sed  
 petit. Alligatus est tanquam canis catenis. jam videte fra-  
 tres, quam stultus est homo ille, quem canis in catena po-  
 situs mordet. S. Prop: de vocat: gent: Ad magnam utili-  
 tatem fidelium, materia est reservata certaminum, ut non  
 superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas; S. Bern: de domo  
 in: 19. Molestia est lucta, sed fructuosa; quod resistente in-  
 fatigat, vincens coronat. S. Chrys: ho: 32. in gen: Si tenta-  
 tiones nobis inferantur hoc maximum sit nobis indicium,  
 quod deus nostri curam gerat; S. Bern: ser: 48. in Cant: Et si  
 tibi que tibi prospicias tribulationum tantam tribula-  
 rum aculeos intendi, non turbetur cor tuum. Considera li-  
 lica agri, quo modo inter spinas vident, & nitent; S. Climac:  
 Nullum certius argumentum est, quod demones victi sint a  
 nobis, quam si nos acerrime impugnant; Kemp: li: simit: 13.  
 Per solam viam non possumus vincere, sed per patientiam  
 & veram humilitatem omnibus hostibus efficimur fortiores,  
 ignis probat ferrum, & tentatio hominem justum. Nescimus  
 saepe quid possumus, sed tentatio aperit, quid sumus; ibidem

Quidam frater tentatus, ut exiret e Monasterio, sem- Exempla.

per vesperi dicebat: cras abibo. Mane autem facto dicebat: ex-  
 torquebo, ut etiam hodie maneam propter Deum, & sic 9. an-  
 nis faciens, tandem liberatus est a tentatione vi: 19. 19.

S. Benedictus, quia vehementissime tentatus a carne

in tentes se abjecerat, nunquam amplius deinceps tentatus est. S. Greg: in vita

S. Ephrem jam in tranquillitate supplicavit Deo, ut sibi antiquas tentationum pugnas instauraret, nec materiam tanti meriti ac triumphii denegaret. S. Oliva: c. 29.

Michael Sarire Coadjutor Societatis cum saepe gravissime contra castitatem tentaretur, statim in genua prociens vota sua renovabat, & illico liberabatur. Ann. Coll. S. V. 1576.

Similia.

Sicut uva & oliva dum premuntur placidos emittunt succus, sic homo dum tentatur, tunc quae ut caro sale, conditur, ne corrumpatur; ut infirmus, amara sumit, ne moriatur; ut equus tardus, leviter percutitur, ut citius progrediatur; ut triticum, cribratur, ut purificetur; ut mare, procellis agitatur, ut sordes omnes ejiciat; ut unguentum, igne emolliatur, ut redoleat. Daemon autem ut venator insidiatur, ut decipiat; tanquam fur, ut rapiat. quasi Pharmacopola pilulas deaurat amaras, ut veneficus, sub dulci specie venenum propinat; ut explorator astutus angulos circuit, singula recognoscit, tempora metitur, ut in incautos irruat.

Motiva.

Ex quibus habes & tentationis necessitatem, & equitatem, jucunditatem, dignitatem, sed & utilitatem, & in resistendo facilitatem, dummodo armeris firma fide, magna in Deum fiducia, oratione, humilitate, detractione, occasionum fugae, principiorum constantia, oppositarumque virtutum exercitio.

Bona.

Meritum victae tentationis pulchre adumbratur 1. Reg. 12. in devincente Philisthaeum, quem ditavit Deus divitiis multis, &c. & Apostolo 2. Tim. 4. reposita erat corona justitiae,

453.  
Conclusio.  
tia, quod bonum certamen certauerat: <sup>hoc</sup> tunc & nos cer-  
temus fortiter pugnantes cum antiquo serpente, qui, ut  
dicebat S. Franciscus, qui à nobis filium dumtaxat exigit, ut  
ex eo juvem nauicum conficiat; ne tenuissimum quidem  
ei filium concedamus, ne resti confecta nos irresistibiliter  
vinctos tandem ducat in tartara. 2

Drexelius, Rodriguez, Lancizius, Langius, Peytlinus Autores  
S. Franc: Salesius in introductione ad vit: deu: p. 4. à c. 1. 2

## Titulus CXLI. 2

### Theologia 2

2 Non omnino absre futurum existimavi, quos sub  
hoc verbo tractatus reperit quæstiones selectas, saltem bre-  
uissime insinuare, ut pias & selectas pariter sententias nõ  
rarò in Concioniõis supponendas mihi haberem obvias.

Theologia etymologicè est tractatio de Deo, ut ta- Definitio  
men diuisa in Speculatiuam & Moralem, illa est Habi- & diuisio.  
tus de Deo ex principio revelato discurrens; ista vero Habi-  
tus supernaturalis ad actus morales supernaturales in  
genere dirigendos ordinatus; utraq; alias à Doctori-  
bus diuisiones obtinuit. Theologia attributa sunt ejus Attributa.  
præ aliis scientiis supernaturalitas, simplicitas, certitudo,  
dignitas, necessitas, & utilitas. 2

Q. 1. An uni Personæ Trinitatis magis obstricti sumus  
quàm alteri ob speciale beneficium collatum? 2

R. negative cum Theophilo Raynando in Heteroclytis  
p. 1. s. n. quia nulla persona quicquam operatur ad extra  
absque alia, ut Theologis certum est. 2

Q. 2. An opera nostra ex Christi operibus dignificentur?

R. ex Varquez, Propos: & aliis apud eund: Rayna: ex se non dignificari nisi à sua intensione & circumstantiis: quia actiones nostrae non adiunguntur actionibus Christi physice & quoad entitatem, sed ad summum, moraliter & quoad motivum, oblationem, seu directionem.

etiam moraliter  
respective

Q. 3. Cur Spiritus S. Christi Pater non dicatur, cum tamen de eodem conceptus fuerit?

R. ex S. Aug: gloria nil contulit de sua substantia, per quod factus constitueretur; sed una cum reliquis personis ad extra operans creavit Christi humanitatem in sinu virginis: quae cooperatio ideo specialiter Spiritui Sancto attribuitur, quia in ea Divinus amor elucet permaxime.

Q. 4. An sit de fide S. Virginem esse sine macula conceptam?

R. asserunt non pauci apud Raynardum citatum l. 4. n. 44. rectius negantem, eo quod de facto nil ab Ecclesia extet definitum in hac parte; solum quae ex insinuato Ecclesiae sensu festum celebrantis de Conceptione immaculata, temerarius merito haberetur, non tamen haereticus qui eam negaret.

Q. 5. An tamen dicta Conceptio sit materia sufficiens ad votum, vel iuramentum pro eius defensione faciendum?

R. affirmative: quia non obstantibus supra dictis, tenentiam de Mariae Conceptione sententiam est opus bonum, liberum, & melius opposito, sed hoc stante habetur materia sufficiens voti etiam iurati sine ulla morali erroris periculo: ergo &c.



Q. 6. Ex quo prædicato mensuranda sit B. Virginis <sup>455.</sup>

dignitas?

R. ex prædicato MATRIS DEI. ex quo tamen non  
adeo consequenter teste Raynaudo Dyplic: p. 2. q. 7. n. 8.  
descendunt aliæ plures sententiæ etsi valde pie circa gra-  
tiam ejusdem deipare. Non tamen meus me sinit affec-  
tus eâs hic cum illo refugari, apud quem post hæc per-  
piè declarata reperio De genitricis ut talis privilegia  
p. 2. q. 7. ~

Q. 7. An B. Virgo fuerit verè Martyr

R. non paucos affirmare S. P. apud eundem Ray-  
naudum negantem in tr: de Martyrio per pestem n. 4. &  
p. 2. q. 10. n. 22. quia proprie Virgo nec mortua est, nec  
morsifera perfulit sibi in odium fidei illata, ut ad marty-  
rium formaliter tale requirunt Theologi ~

Q. 8. An cultus B. Virginis sit infallibile signum  
prædestinationis?

R. esse probabilissimum quidem, at non infallibile,  
cum de eo nullum extet fide divina certum promissum  
neque finalis perseverantia cadat sub meritum, sed do-  
num Dei habeatur gratuitum ~

Q. 9. Quam Angelo tutelari debeamus devotionem

R. post Jesum, Mariam, Josephum, cæteris omnibus  
præferendum ob tot gratitudinis titulos relatos à S.  
Paulo Barry c. 4. Pædag: celest: ~

Q. 10. An fas sit personas adhuc viventes opinione vul-  
gi sanctas, uti sanctos privatim colere?

R. affirmare Raynaudum cum Bellarmino & aliis,

quod probat ex factis plurimum Sanctorum, ac Illustriū  
virorum.

Q. 11. An per transcriptionem operum, animabus Purgatoriū, plus mereamur, quam sine illa?

R. affirmative cum Huilino in patrocini: Defuncti: l. 2. c. 3.  
quia sic ultra proprium operis meritum, et accrescit eximie  
charitatis meritum: unde et Montfordus infert, sic quoque  
actus evadere magis satisfactorios respectu talis operantis  
& opera sua applicantis, cui ex eodem merito spes ingene-  
rat: potest de Purgatoriis, vel omnino, vel ex magna parte  
evadendo.

Q. 12. An animæ purgantes orare possint pro vi-  
ventibus?

R. affirmative contra Raynaudum, extant enim histo-  
ria id comprobantes non pauca in spec: Exempt: V. Defic-  
ti, & apud Martinum de Roa, ac in Revelationibus S. Bir-  
gitta l. 4. & passim apud Auctores; neque ea gratia negan-  
da videtur illis animis jam Deo dilectissimis: quas provin-  
de & invocare & licitum & utile<sup>utile</sup> erit.

Q. 13. An Confessarius possit penitenti imponere pani-  
tentiam pro defunctis applicandam?

R. contra plures ex aliis multis cum S. Mendo negative:  
quia ea penitentia præcise instituta est, ut peream peni-  
tens penam deleat temporalem propriis peccatis debitam:  
& confessarius ibi ut iudex determinati penitentis non potest  
ab eo satisfactionem exigere pro alienis delictis.

Q. 14. An Deus suppleat defectum parvulorum sine Bap-  
tismo morientium, etque gratiam largiatur? R.

R. negativè, id enim affirmasse temerarium jure censet Suarez, & alii, contrarium que veròis Christi, qui bus omnis spes gloriæ præciditur non renatis aqua seu Baptismo. Joan: 3.

Q. 15. An liceat se Baptismo sanguinis ingerere?

R. cum S. Thoma & aliis apud Gobat, id per se non licet quia homo non est vitæ suæ Dñus, neque illi per se licet dare alijs occasionem graviter peccandi; si ergo id passim ss. Martyres præstitisse referant historie, hoc speciali Dei impulsu fecisse dicendum est.

Q. 16. An quotidiana Communio laicis sit permittenda?

R. admodum paucis jam hoc permittendum censere apud Raynaudum Sanctos Patres, & in specie S. Bonaventuram, quia hisce temporibus admodum frigidi & tardi inveniuntur Christiani, tamque distantes à primitivorum fervore, qui requirebatur ad quotidianam tantum mysterii sumptionem. Neque licet (ex Raynaudo contra alios) copiosiores Eucharistiæ species sumere, ut diutius, et majore cum proventu gratiæ persistent in stomacho; quia etiam dato (quod tamen multi negant) quod ex majore illa persistentia major etiam adventiat gratiæ, adhuc hæc non esset procuranda per tale medium quod adjurato haberet non levis incommoda.

Q. 17. An Eucharistia per accidens causet primam gratiam?

R. affirmativè cum S. Th. Alano, Bellarm: etc. quia & id tantum decet animæ Alimentum, id que voluisse censendus est Christus Sacramentorum Institutor liberalissimus.

Q.

Q. 18. An Communio spiritalis possit aliquando  
æquiparari reali?

R. per se nunquam, quia spiritalis nunquam confert  
gratiam ex opere operato, ut realis, cui gratia, non nisi per  
accidens & in casu rarissimo extraordinarii fervoris, ad equi-  
ri potest gratia ex opere operantis. Ita ex Raynando p. 6. n. 7.

Q. 19. An imperfectiones Clavibus legitime subji-  
cuntur?

R. Negative cum Raynando & Joan: Sanchez, tum  
quia non sunt materia absolutionis, tum etiam quia, in eis  
non sine aliorum incommodo, & saepe proprio, exponendis,  
nimium quantum dilatantur Confessiones; unde extra con-  
fessionem talia manifestare ad humilitatem tendenti me-  
lius erit. Idemque tenet ipse Rayn: cum S. Prospero de  
nocturnis illusionibus, ubi constiterit nullam patientis cul-  
pam in ea parte intervenisse. Item in Confessione genera-  
li censet Dicastillo, non ne cum aliis multis, non necessario  
exprimendam alicujus peccati circumstantiam illam: quod  
nunquam adhuc in confessione explicatum sit, quia nec  
speciem mutat, imo nec notabiliter aggravat.

Q. 20. An Matrimonia Hæreticorum ab ipsis dissol-  
vi quoad vinculum licite queant?

R. affirmative si non fuerint contracta cum intentione  
faciendi quod Christus instituit, & Ecclesia intendit, quia  
tunc modo solubili saltem ex justa causa, censeri debent  
contracta, ut multis hic Auctor probat argumentis, qui-  
bus saltem non improbabilem vult manere istam sente-  
tiam.



Q. 21. An Sacramentalia deleant venialia ex opere <sup>459.</sup>  
operato?

R. Negative cum Rayn: & aliis, contra nonnullos apud  
ipsum. Quia sacramentalia instituta sunt ab Ecclesia, huc  
non probatur obtinuisse a Christo potestatem instituendi  
media quæ de se, & præcisim à merito operantis, talem vim  
habeant.

Q. 22. An litteræ participationis meritorum à Religio-  
sis dari solite sint approbandæ?

R. affirmativè contra Wicleffum & alios: quia id Ecclē-  
sia à tot sæculis videt, nec reprehendit: ergo approbat, ut  
arguit in aliis S. Augustinus tr: 27. & 32. in Joan: -

Q. 22. An Scapularia & Sodalitates certam salutem  
& perbreve in purgatorio moram spondere possint?

R. negativè cum Raynaudo, contra multorum è vul-  
go persuasionem: quia id non conducirerit ad timorem &  
tremorem, cum quo salutem nostram jubemur operari, via  
que multis forte aperiret superbæ confidentiæ.

## Titulus CXLII.

### Timor Dei

Est virtus, qua quis Deum offendere timet, ut habet Al-  
varez to: 2. l. 3. p. 2. c. 4. Alius oritur formidine pænæ, di-  
citur servilis, alius ex spe præmii, Mercenarius; & ali-  
us ex puro Dei amore proveniens, est Filialis. Ac-  
tus sunt: peccati gravitatem perspicere, commissi pæ-  
nitere, ab omni in posterum cavendum proponere;  
Deum ubique præsentem revereri, omnemque huma-  
nū

num timorem & respectum è corde pellerè  
 Deut: 6. *Dñm Deum tuum timebis, & illi soli  
 seruias.* Malach: 1. *Si Dñus ego sum, ubi est timor meus?*  
 Luc: 12. *Timeate eum, qui postquam occiderit, habet po-  
 testatem mittere in gehennam.* Eccl: 7. *Qui timet Deum  
 nihil negligit.* Jer: 10. *Quis non timebit te, ò Rex gen-  
 tium? tuum est enim decus... nullus est similis tuis.*  
 Eccl: 18. *Homo sapiens in omnibus mehit,* & c. 27. *Si  
 non in timore Dñi tenueris te instanter, cito subvertehu  
 domus tua.* 1-Cor: 4. *Qui autem iudicat me, Dñus est.*  
 Job: 4. *& in Angelis suis reperit prauitatem.* Prov: 15.  
*Per timorem declinat omnis à malo.* Tob: 4. *Multa bo-  
 na habebimus, si timuerimus Deum.* Eccl: 33. *Timen-  
 ti Dñm non occurrent mala, sed in tentatione Deus  
 illum conservabit à malis.* Luc: 1. *Misericordia eius à  
 progenie in progenies timentibus eum.* Prov: 10. *Ti-  
 mor Dñi apponet dies, & anni impiorum abbrevia-  
 buntur.* Eccl: 34. *Qui timet Dñm, nihil trepidabit*  
*& c. 4. Timor Dñi sicut paradisi benedictionis.* Deut:  
 10. *Quid Dñus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dñm Deum  
 tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, & seruias Dño  
 deo tuo, ut bene sit tibi?* Ps: 111. *Beatus vir, qui timet  
 Dñm... potens in terra erit semen eius... gloria & divi-  
 tia in domo eius & c.* Eccl: 28. *Quam magnus, qui inuenit  
 sapientiam & scientiam, sed non est super timentem Dñm.*

ox Petrus. S. Greg: in mor: *Timere Deum est, nulla quæ faciendæ  
 sunt bonæ prætermittere, & in 1. Reg: c. 12. Melius timor  
 probabilis, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium*  
 tra-

trahit, s. Bonav. to. 6. l. de 7. do. spir. c. 17. Filialem timorem<sup>457</sup>  
sibi charitas perfecte collaterat indivisibiliter, s. Bern. ser.  
84. in Cant. Time Deum, & ex toto corde tuo, si plene si per-  
fecte timueris, dabit tibi saporem charitatis, s. Chrys. to. 4.  
ser. 2. ad Philipp. Vbi tantum impendet bellum, tanta impe-  
dimenta, qui fieri unquam potest, ut sine timore salutem  
consequamur, s. Laur. just. de ligno vit. c. 1. Qui salutari  
spiritu munitus anhelat ad culmen perfringere virtutum,  
non aliunde incipiat quam à timore Dñi, nam ipse timor  
est robur animæ, lumen intelligentiæ, & spes salutis, s. Greg.  
l. 29. mor. c. 9. Debet non solum in spe esse securitas, sed etiã  
timor in conversatione, ut illa certantes foueat, & iste torpa-  
tes pungat, s. Cypr. de lapsis. Deus, quantum pietate Patris  
bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est, s. Aug.  
super Ps. Timor presens, securitatem generat sempiternã,  
s. Chrys. ser. de s. Jo. Bapt. Solus est timor Dei, qui mentes cor-  
rigit, fugat crimina, innocentiam servat, & omnis boni  
tribuit facultatem, s. Greg. l. 6. c. 24. Anchora cordis est  
pondus timoris, s. Laur. just. l. 1. de spir. an. interiit. Vbi  
adest timor Dei, abest proculdubio quidquid divino  
adversum est voluntati, Hugo Card. in Ps. 11. Beatus di-  
citur pavidus, quia quanto plus timetur pœna, tanto  
sollicitius caveatur culpa, Pet. cellens. l. de pœn. c. 1. Quasi  
custos super innumerabiles gazas, sic timor in ultimo cha-  
rismatum ponitur ad conservandas innumerabiles gra-  
tias, s. Chrys. ho. 18. ad pop. Timor nihil aliud est quam  
murus, munitimentum, ac turris inexpugnabilis, s. Laur. jus.  
l. 2. de spir. an. resur. Per hunc sanctum timorem anima  
placens efficitur Dño, commendabilis proximo, utilis sibi.

Ra-

462. Rabanus in c. n. ead. Non enim timor Dei est otiosus, sed  
donis virtutum replet, S. Chrys: hom. 14. ad pop. Deum sicut  
oportet timens, voluptatis ruditatem lucratus est, & omnem  
habet lactis fontem, S. Aug: in Ps. 85. Timor in iucundi-  
tate est. Ideo sic dicit Psal: Exultate ei cum tremore, &  
Kemp: 1. i. mil: c. 24. Qui timorem Dei postponit, diu sta-  
re in bono non valet.

Exempla. S. Philippus Nerijs totum notum est, virtutibus insigni-  
tus & gratus, dicere ad Deum præ timore solitus erat: Domine  
noli mihi fidere, quia ego te prodam. Mansi Vita: c. n. s.

S. Joan: a. S. Recundo sapiens in die peccata confiteba-  
tur, & de eo ut insueto more conuenerunt in conuento  
collegis, humi prostratus respondit: Quis nostrum nouit di-  
o-ne an amore sit dignus? mihi pareite: sapiens quidem  
confiteor, quia singulis horis sæpius pecco. Jo. Tho. 1. h. c. v. n. 2.

Similis. Sicut Nauis, etiam mari tranquillo non omittunt ru-  
dentes & anchoras, sic & omni tempore timor Dei seruan-  
dus est: ut bonus filius semper timeat Patris offensam, sic  
& nos Dei præ morte ipsa timeamus injuriam, sit nobis ti-  
mor Dei, ut frænum equis, ut fundamentum domui, ut ci-  
nis seruando igni, ut radix arbori, basis columna.

Motus. ueat ejus timoris æquitas, utilitas, necessitas, dignitas,  
iucunditas & securitas, consideremus ruinam Angelo-  
rum è caelo, Protoplastorum è paradiso, tot aliorum  
è claustris & Communitatibus sanctissimis, in turri ara de-  
lapsorum.

Mediæ. Quare, qui stat, uideat ne cadat, Deum ubi ne præsen-  
tem intendo, contemplando orando, seipsum cognoscendo  
de seipso diffidendo, nouissima assidue cogitando, ac Dei  
in-



judicia stupendo: unde Saltes dicebat *Plus Delicta* 463.  
 quis intelligit? & Apostolus 1 Cor: 4. *Nihil mihi cons-*  
*tius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* & Sanctus Job: *Ve-*  
*rebar omnia opera mea;* & David iterum Ps: 33. *Venite fi-*  
*lii, audite me, timorem Dni docebo vos...* mors peccato-  
 rum pessima &c. Eccl: autem c. 1. habetur: *Timenti Dnum*  
*bone erit in extremis;* & quidem, ut bene Seneca in sent:  
*Qui insidias timet, in nullas incidet: nec cito peritruina*  
*qui ruinam timet;* & Epist: 19. *Circumspicienda duo sunt,*  
 & futuri timor, & veteris incommodi memoria: hinc &  
 axioma: *Pœnam prævenit pœna metus,* & *Qui pavet*  
*cavet.*

Jac: Salianus, Pet: Sanchez, Jac: Alvarez, Grana- Auctores  
 tensis, Ponsens, Rodriguez, Boyrlinck, Huber, Mar-  
 chantius, Mansi, &c.

## Titulus CXLIII.

### Tristitia

Eam sic definit Valentia q: 6. dnb: 1. *Est passio, per quam* Definitio.  
*appetitiva potentia cum quadam perturbatione & inquietu-*  
*dine excrucatur malum iam præsens recurrendum rem, vel*  
*saltem secundum apprehensidnem.* Pro movivorum diver- Divisio.  
 sitate, vel bona est, vel mala; mundana aut spiritua is  
 Eius quasi actus & proles sunt *Luctus, maror, ærumna,* Actus.  
*dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictio, & despe-*  
*ratio, ut Azorius dividit to: 1. 1. 3. c. 18. q: 4. quibus & ad-*  
*di Tedium potest.*

*Plus Dormitavit anima mea præ tædio,* Eccl: 36. ex sacra  
*Tristitiam longe repelle a te; multos enim occidit tristi-* Scriptura.  
 tia

464. *tristitia, & non est utilis in illa. Cor pravum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi, &c. 25. Omnis plaga tristitia cordis est. Prov: 12. Mæror in corde viri humiliabit illum, &c. 15. in mærore animi dejicitur spiritus, &c. 17. Spiritus tristis exsiccatur ossa. Eccl: 21. Non est sensus tibi est amaritudo, &c. 38. A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & flectit cervicem tristitia cordis.*

ex dicitur.

*S. Chrys: ho: 5. ad pop: Multatus est quispiam pecunia? tristatus est, multam non emendavit. Nilium quis amisit? dolet, mortuum non resuscita vit. &c. Vides, horum nulli prodesse tristitiam. Peccavit quis? tristatus est, peccatum delevit. S. Aug: de gent: ad litt: Tristitia spiritus ad cuncta operationum, vel Religionis officia, impatientem & asperum reddit. S. Chrysost: Mæror, etiam absente demone multa per se horrenda efficit; plurimos que eorum, qui quovis genere perdidere se ipsos, sola doloris ac maroris vi ad ita occumbendum impulsos reperimus. S. Amor: orat: 1. in Satyr: Depone mærorem, si potes; include, si non potes: alit absorbendus omnis, aut premedus est dolor. Cassian: l. 9. inst: c. 13. Absque illa tristitia, quæ vel pro salutari penitentia, vel pro studio persecutionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum, omnis tristitia, tanquam sæculi, & quæ mortem inferat, æqualiter repellenda est.*

exempla.

*S. Franciscus, si quem ex suis subtristem conspexisset, graviter objurabat, dicens, eos solum tristari oportere, qui daemone, mundo, aut carni serviant, non qui Deo, nisi cum forte eum offenderint. Syrus Anapit: 6. 61.*

Mo

Stomialis autem jam gloria fruens apparuit S. M. 465.  
Magdalena de Pazzi, sexta que est, se ipsius per horas 8.  
in purgatorio detentam, quod immoderatum aliqualem  
tristitiam animo predominari passa esset. Lyons, sup. cit. —

Tristitia, ut vermis, in tenerioribus crescit, & lignum ex Similia.  
quo nascitur, comminuit, est quasi tinea in vestimento, sicut  
lenta febricula, sensim vires consumit, ut amara herba, vir-  
tutum depravat condimenta. Est item tristitia vitiorum. Motiva.  
radice, barathrum desperationis, amenitas indicium, ejus re-  
media sunt: Gratia, ex illo jac: 5. Pristatur a quo vis vestrum: Motiva.  
orei, vita bonis occupationibus dedita, sermo iucundus, dei  
memoria, correctio phantasie, spes beatitudinis &c.

Busaeus, Rodriguez, Faber, Langius, Beyrlinck, Auctores.  
Lyons, &c.

## Titulus CXLIV.

### Vana gloria

est vana gloria, vel potius Vana-gloria, inordinata. Definitio.  
gloria appetitus, hoc est vel fame, vel laudis aut honoris.  
Dividi potest iuxta mentem S. Thome 2-2-9-130. a 1. in Divisio.  
inordinatam ex motivo, vel ex subiecto, aut ex objecto.  
Ejus filie seu actus, sunt auti Superbia.

isa: 40. Omnis caro fenum, & omnis gloria eius qua. ex 2-Scripti:  
si flos feni. jo: 12. Dillexerunt enim gloriam hominum  
magis quam gloriam Dei, &c. Si ego glorifico me ipsam  
gloria mea nihil est. 1. Cor: 5. Non qui se ipsum commen-  
dat ille probatus est, sed qui a Deo commendat, job: 20.  
Lux impiorum brevis est, & gaudium hypocrite ad ins-  
tans puncti. Ps: 113. Non nobis Dñe, non nobis, sed nomi-  
ni tuo da gloriam. Luc: 17. Cum feceritis omnia... dicite:  
ser-

serui inuiles sumus. 1. Cor: 4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Gal: 6. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem provocantes. Matth: 6. Ne iustitiam vestram facialis coram hominibus, ut videamini ab eis. Prov: 27. Laudet te alienus, & non os tuum. Jer: 9. Non gloriatur sapiens insipientia sua non fortis non dives &c. sed in hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me. Joan: 8. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quae a solo Deo est, non queritis? Aggai 1. Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum perthustum. Osea 8. Ventum seminabunt, & turbinem metent. S.

S. Aug: in Ps: 7. Inanis gloria huius saeculi fallax est suauitas, & ingratissimus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas, in initium sine providentia, finis sine vanitencia. S. Cyr: apud Aluar: Si opera virtutum foras exierint, rarus est, qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas condemnat. S. Hier: ep: 152. ad Eustoch: Superius est humanae gloriae morbus, nam velut umbra corpus ita gloria ubique sequitur virtutem, etiam in intimas solitudines, ut eam mactet & perdat. S. Propp: c. 117. de sent: Quas vires nocendi habet humanae gloriae amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit. S. Bern: ser: 13. in Capit: Tibi unde gloria, putride pulvis, tibi unde? Hugo Caro: in Ps: 7. Valde cavendum est vitium, quod de victoria sursum vitiorum. S. Greg: in Mor: Laus sub iustos, dum cruciat, purgat, iniquos, dum laetificat, reprobos monstrat. idem in Psal: Nescit laudem, cum suppetit, fugere, qui ad hanc didicit, cum deest, anhelare. S. Chrys: ho: 17. in sp: ucto: Non



Nonne dementia est, cum habeas theatrum in caelo cons-  
titutum, spectatores tamen in terra tibi delibare, & paulo  
post: Quemadmodum pueri ludentes ex feno coronas alicui  
imponunt, coronatum autem suum post tergum irrident;  
sic saepe fit, ut, qui te in faciem praedicant, apud semetipsos  
clanculum subsannent; S. Hier: in vit: S. Paula: Fugiendo  
gloriam Paula merebatur, quae virtutem quasi vitula se-  
quitur; & appetitores sui fugiens, sequitur contemptores; S.  
Greg: l. 8. mor: Qui inchoate virtutis ab humano honore  
laudem receperit, quasi ligni plantati fructus ante tem-  
pis comedit; Job: l. 22. Quasi latrunculus est appetitus  
laudis humanae; qui recto itinere gradientibus ex latere  
jungitur, ut ex oculis ejecto gladio gradientium vitae  
trucidetur; id: l. 20. Sub hoste, quem profertur, moritur,  
qui de culpa, quam superat, elevatur; S. Chrys: ho: 33. in  
ep: ad Cor: Mater gehennae est inanis gloria, ignemque  
illum vehementer accendit, vermemque pestiferum confo-  
vet; Kemp: l. 2. imit: c. 6. Bonorum gloria in conscientius  
eorum, & non in ore hominum, & l. 3. c. 40. Verè inanis  
gloria mala pestis, vanitas maxima, quae à verà trahit  
glorià, & caelesti spoliat gratia;

S. Eligius Episcopus cum caeco largam dedisset eleemo- Exempla  
synam, is sibi visum potius concedi rogabat, cuius arrepta  
manu Sanchus dixit: tu amice, neccum hosti festinare, docebo  
te sicque crucis signum fronti eius imprimens visum restituit  
& miraculum soli cruci attribuendum voluit. S. Hier: in vita?

Sara quaedam Saccarum Virginum Antistita cum daemone  
tredecim annis impugnantem vicisset, illeque tentans ipsi in  
faciem ciceret: vicisti me, Sara, vicisti: respondit ipsa: non ego

Ven: Joannes Avila, si quando ad marium utilitatem, quidquam mirum incidere diceretur, quod sibi ab aliis accidisset, id semper quasi de 3<sup>a</sup> persona dexterrime enarrabat. *Lyraus.*

B. Clara de Monte Falco ob exigentiam temptationem vanae gloriae non adeo feliciter superavit subtraxit Deus per annos quindecim spirituales consolationes, quas dein non nisi multis lacrymis orationibus & austeritatibus recuperavit. *Salut. in Spec. p.*

Bernardinus Picinus Societatis Jesu, cum per totam Siciliam a litteris & virtute celebraretur, P. Generalem onice extoravit, ut in Italiam migrare, Tiburi que ignotis pueros Grammaticam docere liceret. *Lyraus l. 5. Apoph. 5. Jan. 12. s. 447.*

Aleocrates Medicus cum Jovis titulum sibi affectaret, Philippus Macedonum Rex, eum ad convivium quidem invitavit, sed solam acceram apponi, & sufficit, ut deo fieri iussit, donec ille fame & siti completus hominem se fassus est. *Alian. l. 2. var. tit.*

Similia. Ut Chamaledon solo pascitur aere seu vento, sic vana gloriae cupidi, quae ut basiliscus, quem prius videt infertur, a quo prius videtur (seu recte consideratur) necatur, & ut Amigdalis, florem virtutum cito emittens, vento amittit, ut mulier ante tempus pariens, partum imperfecit, caput ut aranea muscas molano labore, ut thesaurum publice portans, citius spoliatur, sicut ignis ceram, corda sibi blanda liquescit ac effundit, ac ut accipiter incautas per aerem volatiles arripit columbas.

Mojua. Est hoc vitium verè diabolicum, Deo specialiter extorsum, hominibus obiosum, habenti perniciosum, in se iniquissimum, vanissimum, & servile, injustissimum, quoque & furivum, quo Deo soli propriam nobis accipimus

pimus, ipso adeo invito, ut dicat: gloriam meam, alteri  
 non dabo: quorum omnium consideratio medium Media.  
 erit optimimum fuganda Vana gloria, quam qui quarunt  
 merito comparat Ecclesiasticus 4. 34 apprehendenti umbram  
 & ventum persequentem, & de vanis dicit Christus Math. 6.  
 receperunt mercedem suam, sed aliam inanem & in- Conclusio.  
 fructuosam, at valde communem, cum ipse Plato va-  
 nam gloriam dixerit vestem, quae omnium ultimo exui-  
 tur, eam vero proe vanitate comparant Antiqui per  
 pavonem tunc maximè pennas explicantem, cum a plu-  
 ribus se videri conspicit. Bonam ergo quidam debet  
 gloriae assequenda viam, dicens: Compendio assequi vis  
 gloriam? contemnit, nam ubi multa laus, ibi multa  
 Fraus, ut rectè Buchlerus

Drexelius, Busanus, Granatensis Rosignolius, Auctores.  
 Rodriguez, Hieremberg, Cassianus, Alvarez, Lyneus,  
 Páber, Stapleton, Langius, Mansi.

## TITULUS CXLV.

### Verbum Dei

Verbum Dei creatum de quo solum hic agitur, est Sermo Definitio  
 a Deo immediate, vel mediate per homines prolatus; A-  
 liud est Scriptum, quod in Bibliis est scripturis continetur, Divisio.  
 aliud non scriptum, quod est Traditio, vel Divina, quae a  
 Christo immediate, vel Apostolica ab Apostolis, vel Ecclesias-  
 tica quae a communi Ecclesiae intelligentia usque ad nos dif-  
 fusa est. Aliud etiam est Verbum praedicatum, juxta illud  
 Math. 16. Euntes. praedicate Evangelium, & aliud auscultum

470. ut in illo Luc: 11. Beati, qui audiunt verbum Dei & custo-  
diunt illud, &

ex 5. Scrip-  
tura.

Prov: 30. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est speranti-  
bus in se: ne addas quidquam verbis illius, & arguaris in-  
veniarisque mendax, 2. Pet: 1. Spiritu Sancto inspirati, locu-  
ti sunt Sancti Dei homines. Ps: 118. Lucerna pedibus meis  
verbum tuum, & lumen semitis meis. Joan: 8. Verba, quae  
locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, &c. 8. Qui ex  
Deo est, verba Dei ait, propterea vos non auditis, quia  
ex Deo non estis. Ps: 118. Ignitum eloquium tuum vela-  
menter, & servus tuus dilexit illud. Prov: 28. Qui declinat  
aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis,  
Hebr: 4. Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni  
gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animae,  
Rom: 15. Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam,  
scripta sunt. Matth: 4. Non in solo pane vivit homo, sed  
in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, Sap: 18. Dñe. ser-  
mo tuus hos, qui in te crediderint, conservat, Ps: 118. De-  
claratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat  
parvulis, Ps: 62. Dñus dabit verbum evangelizan:ibus  
virtute multa. Ps: 118. Quam dulcia faucibus meis elo-  
quia tua super mel ori meo. Jac: 1. Estote factores ver-  
bi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, Rom: 2.  
Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed facto-  
res legis iustificabuntur, 1. Tim: 4. Praeboa verbum, in  
opportune, inopportune, argue, obsecra, increpa. Joan: 12.  
Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui



judicet eum; sermo, quem locutus sum, ille judicabit e<sup>477</sup>.  
um in novissimo die

S. Ambr: l. 7. ep: 44. Mare est sacra scriptura, ha- ex Petri 10.  
bens in se sensus profundos, in quod mare plurima intro-  
eunt flumina, S. Greg: l. 19. mor: c. 28. Artus est scriptura,  
de qua ad corda hominum, sicut ferientes sagittae, sic terren-  
tas sententia veniunt: Hunc autem deus intendit, Bellou:  
l. 4. p. 1. disc: 10. spec: Verbum Dei non est attendendum, à  
quo proferatur, sed cuius sit verbum, S. Aug: l. 2. in Gen: c. 19.  
sic loquitur S. Scriptura, ut alihidine superbos irriecat, pro-  
funditate attentos terreat, virtute magnos pascat, affabilitate  
parvulos nutriat, S. Bernar: in: lo: 2. ser: 10. ar: 3. c. 2. Si de-  
ficeret verbum Dei in mundo, deficeret fides Christi; quia  
ex Rom: 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei  
S. Chrys: in Matth: 24. In scripturis ignorans invenit, quod  
discat, contumax, quod timeat; laborans, praemia, quae  
speret, & ho: 63. de ira: Omnium medicinarum thesau-  
rus divinae scripturae sunt, S. Cypr: in Ps: 118. Omnis doc-  
trina caelestis lux nobis ad iter vitae est, ut ea in omnem  
progressum cuiuscumque operationis utamur, S. Th: Villa:  
ser: in Hexag: innumeras utilitates facit Verbum Dei in  
anima: nam frangat eam à peccatis, vivificat, illuminat, in-  
flamat, mundat, pascit, confirmat, sanat, fecundat, e-  
mollit, & totius boni capacem facit, S. Aug: ser: 91. de tem-  
Manna Verbi Dei reddit in ore tuo saporem, quemcum-  
que volueris, S. Chrys: ser: 18. Verdorum, fluctulos non  
quaeramus: qui maturitatis fructum quaerit, despicit  
amena camporum, S. Greg: l. 10. in Ezech: ut predica-  
di

472. di veritas seruetur, vivendi altitudo teneatur, D

Exempla. S. Edmundus, cum quodam die S. Scripturam legens ob-  
dormisset, & interim ardens candela in Sacrum Edictum  
decidisset ei que diutius inhaesisset, prorsus illaesum hunc  
evigilans reperit. Sur: 16. Nov. D

Constantinus Imperator Eusebium Caesariensem concio-  
nantem audiens, non nisi stare voluit dicens, verbum Dei a-  
stantibus audiri debere, ut altius animo insideat. <sup>Urbis: Caesari: 14.</sup>

S. Ephrem orans hanc vocem audivit: Epitem manduca, &  
quaerenti: Quis mihi dabit cibum? repositum est: Abi ad Ba-  
siliium; iit, & in templo concionantem invenit columba  
in aurem suaggerente. S. Chrysost: Homil: 32. in Gen: D

Obiit Rusticus quidam, qui nunquam volebat audire  
aliquid de Deo, at cum ei sutherlandes agerentur preces Ima-  
go Crucifixi cepit obturare aures suas manibus a Cruce  
separatis; quo ab astantibus viso, causa que intellecta om-  
nes quoque praeco orare cessarunt. Marti: Disc: 26. n. 8. D

Ven: Beda, cum aliquando ob defectum auditorum  
concionem finiret, lapides responderunt Amen Venerabilis  
Pater; unde hoc nomen ei deinceps constanter datum est. <sup>Rad: 14. 15.</sup>

Fulco de Gandavo Canonicus insulensis constanter re-  
nuit per Flandriam conpredicare, Jacobo Vitriaco ibidem  
Apostolico Legato invitanti, qui a Deo obtinuit ut ille in-  
spreti verbi Dei panam, aliis omnibus inutilis redderetur  
per 24. annos irremediabiliter lecto affixus. <sup>Caniprat: 1. 1. apim: 6. 22.</sup>

P. Jo: Ramirez duas & viginti stellas una concione  
convertit; in Quadragesima vero ducentis Religionem  
persuasit. <sup>Hist: Soc: p. 2. l. 8. n. 26.</sup>

Theodorus, cum in Tragœdia sententias S. Scripturae ad  
jo-

jocos & risum abuteretur, continuo cecitate percussus est.  
& Theopompus Historicus, cum ex veteri Testamento quædam  
profane sua historie ridicule conareret inserere, subito in  
terram decidens insanire cepit. Euseb: Casar: l. 8. de præd. Evang. 9

similia.

Verbum Dei sicut ros & pluvia terram, sic fecundat a-  
nimas: in quibus, ut semen copiose fructificat, eas ut cibis  
nutrit, ut manna quodcumque sapit, ut gladius ferit, ut scin-  
tilla inflammat, ut speculum species refert, ut medicina sanat  
preservat &c. & prædicatores, ut medici, agricolæ, pa-  
tres-familias &c. curant, serunt, vindemiant, distribu-  
unt, docent, castigant, &c. qui tamen memores esse debent  
ex Apostolo, quod neque qui plantat est aliquid, neque  
qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Semen est Ver-  
bum Dei, Luc: 8. quod ut fructificet, non sufficit a semina-  
tore ejici, sed, cavet oportet in terram bonam, accedatque  
congruus cæli influxus, ut nempe intromittat Deus spiri-  
tum (sæch:) in nos, dein ut & hos audientes cooperemur  
quod Deo pergratum perhibetur in illo Ps: 29. Sacrificium  
& oblationem noluisisti: aures autem perfecisti mihi, & ali-  
bi dicitur: Qui habet aures audiendi, audiat; si enim  
anima nostra nausearit super hoc manna Verbi Dei, me-  
rito mittet Dominus in nos ignitos serpentes, ad quorum pla-  
gas, & mors æterna subsequetur

Matthias Faber, Engelgrave Stapleton, Granatensis, Auctores.  
D'ouheman, Langius, Beyrlinck, Ant: Daurrothius,  
Joan: Major in Spec: Exempla: &c.

*J. D. Tit.*

## Titulus CXLVI.

## Virtus

- Definitio.* Eam sic Sactantius Descripsit c. 5. Cupiditas recte et honesta, faciendi. Dividitur in virtutem intellectus & voluntatis quarum 1<sup>a</sup> intellectus, secunda voluntas perficitur; Utraque potest esse Theologica, quae Deum, immediate pro objecto habet, ut sunt Fides, spes, Charitas, vel Moralis, quae in moribus recte componendis occupatur, & huius generis praecipuae sunt & capitales capitales quatuor ille quas vocant Cardinales Prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, ex quibus reliquae dimanant virtutes morales, quarum aliae
- Actus.* sunt acquisitae, & infusae alio. Actus virtutis sunt eius aestimatio, desiderium, petitio a Deo, proprius ad illam conatus, semperque proficiendi studium.
- Gradus.* Gradus sunt, ut fortiter, perseveranter, deum connaturaliter virtus exerceatur.

ex Sacra  
Scriptura.

Ps: 83. Ibiunt de virtute in virtutem: Videbitur Deus deorum in signis. Baruch: 3. Discite ubi virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul... ubi sit lumen oculorum, & pax. Ps: 137. Multiplicabis in anima mea virtutem in quacumque die invocavero te. Eccl: 24. in me omnis spes vitae & virtutis. 1. Tim: 4. Exerce te ipsum ad pietatem... pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, & futura. Eccl: 4. eos, qui diligunt illam diligit Deus. Sap: 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Eccl: 44. Laudemus viros gloriosos... homines divites in virtute. Ps: 88. Gloria virtutis eorum. (Sne) tu es. Sap: 7. Sapiencia bonorum omnium



omnium mater est. Eccl: 6. in novissimis invenies re-  
quiem in ea & convertetur tibi in oblectationem, Prov: 14.  
Vita illius via pulchra & omnes semitae illius pacificae

S. Ambr: sup: luc: Non virtus est, non posse peccare, sed  
nolle, atque ita tenere perseverantiam voluntatis, ut vo-  
luntas infantiam, virtus imitetur naturam. S. Bern: ad  
Episc: Aquil: Virtus in pace acquiritur, in preura probatur,  
approbatur in victoria. S. Bohav: p. 2. Spic: c. 2. Et sine vita  
fideliter extirpamus, cum virtutibus coeere cogimus, id que  
non ad tempus duntaxat, alioquin illae redeunt, & fiunt no-  
vissima peiora. S. Bern: ser: 1. in Nat: S. Vict: Quae sine vir-  
tute est gloria, indebitè venit, prope affectatur, periculo-  
se capitur, & ser: 71. in Cant: Habent thores suos colores  
habent & odores: colorem in conscientia, odorem in fama,  
& alibi: Vera divitia non sunt opes, sed virtutes, quas se-  
cum conscientia portat, ut in perpetuo dives sit. S. Chrysost:  
ho: 11. in ep: ad Phil: Virtus ubique lucet, & in expugnabilis est  
omnibus relictis in terra ad caelum ipsa pertingit. S. Bern:  
eod: serm: 1. in Nat: S. Vict: Virtus mater gloriae est, fallax  
gloria & vana est pulchritudo, quam illa non parturivit.  
S. Chrys: in 2<sup>a</sup>: 48. Nihil facit nomen adeo immortale, ut  
natura virtutis, id ostendunt Martyres, &c. S. Aug: l. 4.  
de Civ: Dei. Ubi est virtus & felicitas, quid aliud queritur?  
Omnia quippe agenda complectitur virtus, omnia obtinen-  
da felicitas. Kemp: l. 1. imit: c. 25. Sine sollicitudine & dili-  
gentia nunquam acquires virtutes.

S. Pachomius plurimorum Patrum considerans insti-  
tuta, dabat operam cum proprio Fratre ad maiora virtu-  
tis augmenta consurgere. Theodor: in Hist: eccl: 12. s. c.

S. Franc: Xaverius tam insigni erat virtute praeditus,

Exempla

ut socii ejus fusi sint, se ex solo epus inhiitu ad magnos  
in virtute progressus accendi. ut: l. c. u.

Demetrius Phalerus, cum audivisset Athenienses de-  
molitos fuisse statuas suas, quas illi posuerant, at vir-  
tutem, inquit, non everferunt, cujus gratia eas posue-  
rant. Sact: l. 5.

*Similia.* Sicut pomorum cortex amarus, fructus autem suavis,  
sic virtutum principia non nihil aspera, sed progressus dul-  
cissimi reperiuntur. Ut gemma in luto, sic virtus in adver-  
sis plus elucet, sicut in itinere, sic in virtutis via non pro-  
gredi regredi est: ut histrio sic facte virtuosus, qui tunc  
virtutis culmen attingit, ut in excelsa rupe positus,  
fluctus ridet & procellas.

*Motiva.* Ex quibus inferitur magna Virtutis necessitas, utilitas,  
dignitas, aequitas, jucunditas & facilitas. Ad eam autem  
pervenitur, ardente ipsius desiderio, oratione & medita-

*Media.* tione assidua, serio & constanti conatu, frequenti super  
actus suos reflexione, sollicitudine quotidiana ultra pro-  
grediendi, & zelo alios ad virtutem excitandi: unde Se-  
neca inspicit: Virtus rectorem ducem que desiderat, non  
sine magistro vitia discuntur, Qui & alia plura de virtute  
protulit sapientissime. quibus concordant Sapientum Prin-  
cipum dicta, ut refert eorum Chronologia, & specialim in  
serie imperatorum, ubi illud Constantini: Virtus dum patitur,  
vincit, Othonis: Unita virtus valet, valeriani Maximi-  
ni: Marcel sine adversario virtus, Ludovici V. Bavari  
imp: Sola bona, quae honesta, &c. Horatius item vere ce-  
cinit: vitius argentum est, auro virtutibus aurum.

& Buchlerus: Quid quid melius? Jaspis, quid jaspide? Virtus.  
Quid virtute? Deus. Quid veritate? nihil.

Jac.

Jac: Alvarez, Ant: Gaudier, Franc: Arias, Jo: Busanus, 477.  
Franc: Sabata, Lud: Granatensis, Hadrian: Lyreus, Hugo Auctores.  
Roth, Lud: Cressolinius, Jac: Marchantius, Mat: Huber, Laur:  
Beylliner, Th: Stapletonus, Bernardinus Rosignolius, &c.

## Titulus CXLVII.

### Unctio - Extrema

Ex S: Thoma, in 4: dist: 23. q. 1. a. 1. Est Sacramentum a Definitio  
Christo institutum ad a gravi periclitanti de vita confes-  
tam salutem animae, vel etiam corporis, per unctionem olei  
benedicti, & orationem Sacerdotis. Dividitur in septem par- Divisio  
tiales unctiones, nempe oculorum, aurium, narium, oris,  
manuum, renium, ac pedum, addita verbali forma, ut in  
Rituale Romano. S

Marci 6. Ungebant oleo multos aegros, & sanabant, ex S: Script:  
Jac: 5. Infirmatur quis ex vobis? inducat presbiteros Ecclesiae,  
& orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Dni, & ratio fi-  
dei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dnus, & si in peccatis  
sit, remittentur ei. S

S: Hier: in illud Marc: 6. Quando unguunt oleo aegros, ex B:  
infirmam fidem virtute corroborant. Corroborant autem  
intercessione & oratione fidei, quam Dei clementia exau-  
diunt. S: Aug: in tr: de rectit: cath: convers: Qui aegrotat, in so-  
la Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide &  
devotione accipiat, oleumque benedictum fidei ter ab Eccl-  
sia petat, unde non solum corporis, sed & animae sanitatem  
accipiet, & l: 2. de visit: infirm: c. 4. ipsa olei sacrae delibutio-  
ne intelligitur spiritus Sancti typicalis unctio. Conc: Trid:  
sess: 14. Redemptor noster extrema unctionis Sacramento  
finem vitae tantam firmissimo quodam presidio mu-  
nivit. S: Ma-

*S. Maria Oegniacensis* Dum agrosi hoc sacramentum  
*Exempla.* perciperent, vidit Christum cum sanctorum multitudine  
 adesse, agrorum corroborare, demones expellere, animam  
 purgare; cum verò & ipsa ungeretur. Apostoli omnes adhe-  
 re, & B. Petrus claves ostendens pollicebatur, se illi caeli ja-  
 nuam patefacturum. *Serius 25. Jun.*

Quidam circa Lugdunum magno febris aestu confectus,  
 inter confitendum urgente morbo de potestate mentis excierat,  
 seque iam damnatum esse clamabat; verum sacro inunctis oleo  
 & mentis & corporis illico recuperavit sanitatem. *Ann. soc. 1599.*

*similia.* Sicut oleum in mare effusum, tempestates sedat, super  
 vulnera dolorem lenit, sic & S. Unctio animam pacificat  
 corpus sanat, qua inuncti, ut olim luctatores, ad praeliandum  
 cum demone roborantur ac fortificantur. Unde & huius sa-  
 cramenti deduceres necessitatem, utilitatem, aequitatem &  
*Motiva.* dignitatem; quorum consideratio ad illius aestimatio-  
 nem conducet, ac desiderium: perpendere etiam iuvabit  
 verba illa *Ps. 88.* Inveni David servum meum, oleo sancto  
 meo unxi eum, manus enim mea auxiliabuntur ei, & bra-  
 chium meum confortabit eum, & *1. Reg. 10.* Ecce unxit te  
 Dominus super hereditatem suam, in principem, & liberabis po-  
 pulum suum de manibus inimicorum eius.

*Auctores.* Petrus Canisius, Jac. Marchantius, Laur. Beylinck, Ma-  
 thias Faber, Ant. Laurorius, &c.

## Titulus CXLVIII.

### Vocatio ad vitae statum

*Definitio.* Est dispositio providentiae divinae, quae pro suo benepla-  
 cito diversa, in republica tam ecclesiastica, quam politica,  
 officia distribuit, atque ab eadem rite obsequenda gradum,  
 aliasque qualitates necessarias suo ministrat. *Ejus duo*



sunt genera 1. Voluntatis, cum ad certum vite genus  
complexendum prius movetur voluntas ita ut intellectum  
trahat; 2. Intellectus, cum voluntas ad intellectu rebus per-  
pensis trahitur; Item dividi potest vocatio in Perpetuam,  
quæ ad statum & perseverantiam in eo inclinatur & non per-  
petuam, quæ solum ad tempus, ut cum, teste Lanizio, Deus  
sola ingredientis obedientia benigne contentatur; eum  
postea ad alia destinans. sic plures Sancti prius Eremiti-  
cam dein Monasticam inierunt vitam, ubi amove Deo  
successive inspirante; alii prius conjugati, Ecclesiasticam  
postea professionem sunt amplexati &c. &c. contra

Joan: 14. in domo patris mei mansiones multe sunt  
& c. 18. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. 1. Cor. 7.  
Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea perma-  
neat. Ps. 24. Quis est homo, qui timet Dñum? Legem sta-  
tuit ei in via, quam elegit. Hebr: 5. Nullus sumpsit sibi  
honorem, sed qui vocatur à Deo; Eph: 4. Obsecro itaque  
vos ego vincitis in Dño, ut digne ambuletis vocatione qua  
vocati estis. 1. Reg: 30. Quia pars erit descendentis ad  
prelium, & remanentis ad sarcinas. Act: 10. Non est  
personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui ti-  
met eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi;

ex Sacra  
Scriptura.

S. Chrys: 1. 3. c. si ad v. vitup: Monast: Non una salutis  
via, nec unus modus est, verum permulti ac differentes jux-  
ta illud Pauli 1. Cor: 16. Alia claritas solis, alia lunæ & a-  
lia stellarum; stella enim differat a stella in claritate. 6.  
Ambr: 1. de Joseph c. 4. Quia omnes vult salvos fieri Dñus  
Deus noster, dedit per Joseph etiam eis, qui sunt in servi-  
tute solatium, ut non desperent etiam in ultima conditi-  
one

ex Patribus.

one posse mores esse superiores, nec ullum statum im-  
minem esse virtutis. S. Chrysost: ho: 43. in Gen: Sicut ne-  
gligenti ac supino nihil prodest solitudo: neque enim locus  
nos virtute facit praeditos, sed mens & mores: ita & prudens  
atque vigil non offenditur, etiam in media civitate vivens.  
S. Hier: epist: 13. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis  
bene vixisse, laudabile est. Euseb: Emys: hom: 3. ad Monach:  
Nemo se fallat, non fugiat adversarium de loco ad locum,  
sed de vicio ad virtutem, de passione ad emendationem. ~

exempla. Joannes Darius, cum Juris esset Doctor, videret que cau-  
sa iustissima cecidisse quempiam ob potentiam partis adver-  
sae, motus fuit, ut saeculum nequam fugeret & Religioni  
se junxit. Nadasi & junii

Alexander Capochius Florentinus tribus noctibus ter  
illud Ps: 38. Docebo iniquos vias tuas, & insurrexerunt sibi au-  
divit, quo incitamento se Ordini Praedicatorum devovit ubi  
doctrina, virtute, & miraculis clarus vixit. Theozius l. 2. de virtutib.

Adolescens quidam Societati nostrae nomen dare volens  
a Patre renuente, facultatem instabat: cui Pater: ne id memo-  
res usque dum e vivis eripiar: mirum: post biduum parens  
obit, & filius obtatum statum amplexus est. Ann: Pabn: 1602.

S. Columbanus perhinciter obstantem in limine matrem  
saeptius rogatam, tandem fortiter transiens ad canobium  
confluxit, ut praestandum docet S. Hieron: ep: ad Helio: vnde dicitur

similia. Ut Scala variis constructa gradibus, sic via ad caelum,  
& ut in Comaedia non quam personam, sed quam bene re-  
praesentet attenditur, sic in hujus mundi peregrinatione,  
non quem statum, sed quam bene se ei quis accomodat,  
prodest & laudatur. ~

Media. Quarendae ergo est Divina unctio oratione & Co-

bonis operibus. cognita vero statim exequenda,  
 perficienda, & constimanda, ut cui communiter al-  
 ligata est vocati predestinatio juxta illud: Nemo mittens  
 manum &c. Quare in deliberatione expedit omnino  
 statuum diversorum perpendere proprietates, onera, &  
 commoda; prudentem sibi adhibere, & impassionatum  
 consillarium, ut salutis inimicorum debellatis insidi-  
 is, liberè in via. Dñi curratur, & cursus consummetur  
 usque ad comprehendendum. Gravium æternum

electio.

## Titulus CXLIX.

### Voluntas propria

Est illa (S. Bernardo teste serm. de Resur.) qua non est com-  
 munitas cum Deo & hominibus, sed nostra tantum, quando quid  
 volumus, non ad Dei honorem, non ad utilitatem fratrum, sed  
 propter nosmet ipsos facimus; Cum sic opera nra deliberata &  
 ad ventem dicitur voluntas propria aperta; occulta vero,  
 si nos ipsos secuentes remsa sic facimus, putantes nos de  
 gloriam, aut proximi utilitatem querere

Definitio.

Divisio.

Eph: 2. Iniquibus & nos aliquando conversati sumus, in  
 desideriis carnis nostre, facientes voluntatem carnis, & co-  
 gitationum, & eramus natura filii iræ. Jer: 2. A sæculo  
 comprehisti jugum meum, & dixisti: non serviam. Joan: 5.  
 Non quero voluntatem meam, sed ejus, qui misit me. Gen: 4.  
 sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Isa: 65.  
 Quare jejunavimus, & non aspexisti? humiliavimus ani-  
 mas nostras, & nescisti? Ecce in die jejunii vesiri reperitur  
 voluntas vesira.

ex S. Script.

ex Patribus.

S. Aug: de lib: arb: Cum se voluntas, relicto superiore, ad  
 in-

482 inferiora convertit, efficitur mala. non quia malum est  
quo se convertit, sed quia perversa est ipsa conversio.  
Isaias Abbas or: 16. be qd iso: an. Qui voluntatem suam  
proximo submitit, animum viriutis studiosum ostendit, qui  
vero voluntatem suam amplectitur, prae se fert imperitiam,  
S. Doroth: ser: 17. Coge te ipsum in cunctis, & vince, & volun-  
tatem tuam in primis abscinde, te que in perfectum liber-  
tatem aseres. Cassian: 1. 4. c. 43. De humilitate mortifi-  
catio voluntatum generatur, mortificatione voluntatum ex-  
tirpanitur, & marcescunt vitia uniuersa, S. Climac: gr: 4.  
Nemo in caelestem thalamum coronatus ingrediatur, nisi  
qui trinam negationem impleverit. 1. rebus omnibus huma-  
nis & parentibus, 2. voluntati propriae, 3. inani gloriae, Cas-  
sian: Coll: 24. c. 26. Qui sunt hi violenti, qui regnum caelo-  
rum rapiunt? nempe illi, qui non aliis, sed voluntatibus  
suis praeclearam inferunt violentiam, S. Bern: ser: 71. in Cant.  
Omnia mala ex una radice pullulant: propriae voluntatis.  
Unde sunt scandala, unde turbatio, nisi quod propriam sequi-  
mur voluntatem. Haec sanguis ugam hanc, & omnia reli-  
quisti. pone hanc, & inquit quam multiplex adiecisti. Ca-  
veamts igitur a propria voluntate tanquam a vipera pes-  
sima. & de or: scilicet. Profecto expedit nobis magis omnino  
non esse, quam nosiros permanere, & ser: 3. de Resurr. Ces-  
set propria voluntas, & infernus non erit. ipsa est, quae  
Paradisum subiciat, infernum citat, sanguinem Christi  
evacuat, & trioni diaboli mundum subiugat. Dnum Ma-  
jestatis impugnat, se subtrahit & subducit dicitur epus, qui  
ut auctori seruire iure debuerat, & quod in se est, omnia  
me



483.  
quae Dei sunt tollit, & eripit. Kemp: 1. 7. mit: c. 49. Opor-  
tet te saepe agere, quod non vis; & quod vis, oportet retin-  
ere.

Joannes Abbas rogatus in agone, ut verbum aliquod ha-  
reditatis loco relinqueret, dixit: Nunquam feci propriam vo-  
luntatem, nec quidquam docui, quod prius non fecerim. Exempla.

Alter quidam coactus ab aliis hora non consumata propter  
hospites comedere, inde eum rogatus, an id agere tulisset, dixit:  
tunc tristior, cum propriam fecero voluntatem. vit. 92. 1. 1.

P. Franciscus Sibera adhuc secularis sacerdos volens se  
Deo dare, proponebat coram P. Martino Gutierrez se in poste-  
riorem vitam acturum, ita ut e privata domo ad pia solum  
& apostolica ministeria esset egressurus: cui P. Martinus be-  
ne quidem, sed & in his V. Dominatio sibi adhuc retinet op-  
timum quod habet pignus, propriam scilicet voluntatem:  
quod sufficit, ut ille vitam Religiosam praefigeret. Lanciv: opus 10.

Uel servus domini, subditus Regis &c. sic & nos Dei, non  
propriam nostram exequi debemus voluntatem, ut placeamus  
ne estiamur ut mercedem recipiamus. Propria enim volun-  
tas ut obliqua regula: etiam quae recta sunt inflectit & vitiat.  
Dei autem voluntas rectissima est, quamque nullis sequi  
tenemur titulis creationis, redemptionis, servitutis &c. nostrae  
ex toto abnegantes, mundum contemneres, viri virtibus om-  
nibus, ac pacifice passionum et sensuum mortificationi  
studentes, necnon propria dictamina semper suspecta  
habentes: nam, ut Abbas Pastor, teste S. Dorotheo S. S. dice-  
bat: Ferreus murus est propria voluntas, a Deo nos sejun-  
gens & separans. Motiva.

Franc: Arias de Mortific: Bern: Resignatus, Drexel: Auctors.  
Theo.

484 Theophil: Bernardinus, Nic: Lancizius, Julius Flatus,  
Jo: Piusiens, Jo: Langius, Lyraeus, Granatensis, Beylinusque

## Titulus CL. Voluptas

Definitio  
ac divisio.

Est, juxta Ciceronem (1.2. de finib.) inordinatus motus in sensu, est que spiritalis si ex spiritali objecto oriatur, si ex mundano & corporeo, Carnalis.

ex Sacra  
Scriptura.

1. Cor: 2. Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritalis Dei. Eccl: 2. Dixi in corde meo: Vadam & affluam delicias, & fruam bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas. Aisim reputavi errorem, & gaudium dixi: quid frustra acciperis? Eccl: 11. Adolescentia & voluptas vana sunt, Job: 20. Gaudium hypocrite instar puncti, Rom: 13. Sicut in die honeste amotilemus, non in commensationibus, & ebrietatibus, &c. Apoc: 18. Quantum in deliciis fuit, tantum illi date tormentum, Job: 21. Gaudent ad sonitum organo, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, Luc: 8. Vae vobis qui ridetis, quia lugedistis. 1. Tim: 5. Vidua quae in deliciis est, vivens mortua est.

ex Avaribus.

S. Ambr: in Luc: 8. Nihil prociqua satius est voluptati; semper famem sui patitur, quae alimentis perpetuis necesse impleri. S. Aug: ser: 5. de verb: Apost: Felix anima, quae huiusmodi delectationibus non delectatur, nisi huiusmodi ne nulla inquinatur, & veritatis serenitate purgatur. S. Ambr: 1. 6. ep: 42. Voluptas est veluti quidam hamus diaboli ad perniciem nos trahens, mater est peccati, nutritrix aeterni vermis, S. Chrys: ho: 71. Per hanc demonis israelitas in idolorum cultum precipitavit; per hanc seditas

mitas in nequicis accendit amores, per hanc alios perdi-  
dit innumeros. Quid enim mali non operantur deliciae?  
S. Basil: in Ps: 39. Oblectatio corporea voluptatis plus dolo-  
ris habet, quam iuvenioitatis deliciae, & satietas, & conti-  
nens voluptatum fructio multas ac varias secum trahunt  
marbos, ac affectionum varia genera, & hom: de leg: lib: Gen:  
Est solum corpus castigandum, ratio ne veluti flagello ani-  
mae tumultus compescendi, ne frantum voluptatis omnino  
laxando, mens velut auriga ab equis contumacibus mise-  
re rapiatur. S. Irid: de stim: bo: Satis rarum est, ut quisque  
inter saeculi voluptates positus, a vitis maneat illibatus  
Rich: Viet: de stat: int: ho: P: 1. c. 10. Quid est omnia flu-  
mina intrare in mare, nisi omnem carnalem delectatio-  
nem terminari in amaritudine? Kemp: l: 7. jmit: c. 12.  
Si veraciter vis delectari, ecce in abscissione omnium  
infirmarum delectationum erit benedictio tua, & copiosa  
tibi reddetur consolatio. & quanto plus te ab omni crea-  
turarum solatio subtraxeris, tanto in me suaviores, &  
potentiores consolationes invenies. D

Carolus Imperator: cum Bruxellis regnum in Phi-  
lippum filium transferret, publice lacrymabundus testa-  
tis est, se illucusque inter tot prosperitates, nec per 4<sup>am</sup>  
hora partem veram habuisse laetiam. Enq: lq: Dom: Pala: 3: 1:

Exempla.

Ducis Venetarum vxor ita deliciis fuit dedita, ut  
nullis pepercerit voluptatibus mundanis, sed Deo vel  
ex hac vice vindice, corpus ejus ita vivum computruit,  
ut sic diutius ipsis domesticis pestilenti fetore obiosa,  
tandem cunctis latrantibus. Oest ipsa miserriam clau-  
sit vitam. S. Pet: Damian: l: 7. ep: 9

Sar-

Sardanapalus Rex, multis voluptatibus deditus, ubi in urbe a Nino obsessus est, Pyram 400. pedum extruxit, ubi omnem amplissimam suppellectilem inclusit, dein pyram incendi fussit, in qua ipse cum opibus omnibus igne perit. Lib. 1. 2. c. 6.

Similia. Sicut imperitius jaculator, sic voluptatum amator nunquam scopum attingit, ut porcus sese in ceno obvolvitur, ut piscis, hamo capitur a diabolo, ut vilissimis assuetus cibis, nunquam celestes gratia cibos appetit, ut viride lignum, divino non accenditur charitatis igne, ut incautus emptor a fraudulento mercatore, sub tucia superficie pannum ineptum offerente, sic ille a demone decipitur, qui & ut latro allicit, ut enecat ac depredatur.

Motiva. Ex quibus claret voluptatis mundane falsitas, Vanitas, brevitas, fœditas, damnositas, ut eâ despecta solis spiritualibus adhareamus deliciis. Sic præclare Seneca monuit ep: 34. Voluptates invisissimas habet que atronum more nos amplectuntur, ut stranguent, & ep: 52. Injurans est animus, & a voluptatum blandimentis procul abstrahendus, sed & optime Ovidius occinit l. 7.

metum: { Usque adeo nulla est sincera voluptas }  
 { sollicitum que aliquid latet intervenit. }

& alibi: { Principium dulce est, sed finis amoris amarus }  
 { facta venire bonus, fristi abire solet. }  
 { summa, quæsum in mare ulcra currunt: }  
 { Postquam quæsarunt æquora, amara fiunt. }

& sane, ut iterum Seneca, ep: 39. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suæ? Cicero de legib: imitatrix bona est voluptas, malorum mater omnium, cuius blanditiis corrumpuntur quæ natura bona sunt, & 2. de finib: Nemo dignis hominis nomine est, qui



qui unum diem totum vellet esse in voluntate, mo- 487  
meritanum namque quod delectat, ducit ad aeternum quod  
cruciat.

Busaeus, Engelgrave, Stapleton, Beyrlinck, Langius &c. Auctores.

## Titulus CLI.

### Votum

Est promissio Deo deliberatè facta De bono possibili *Definitio.*  
& meliori. ita S. Thomas 2-2 q. 88. Si actio ab ipso vouen-  
te praestanda promittatur, est Votum reale, si ab alio S. pro-  
cedenda, Personale. Votum est Solemne, si solemnitate ab Ec-  
clesia statuta suscipiatur, Simplex, si eà careat: sed quodocu-  
que sit, debet omnino impleri, quod vouetur, eo modo quo  
vouetur.

Num: 30. Si quis virorum votum, Dño uoverit, aut *ex script.*  
se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum  
suum, sed omne, quod promissit, implebit. Deut: 23. Cum  
uoveris Dño Deo tuo, non tardabis reddere, quia requi-  
ret illud Dñs Deus tuus, Eccl: 5. Nulla que melius est  
non uovere, quam post votum non reddere. Displicet  
enim Deo infidelis & stulta promissio. Prov: 20. Ruina  
est homini devotare Sanctas, & post vota retractare.

S. Bern: ep: 2. ad Milcon: iuste exigitur ad solven- *ex 32.*  
dum, qui non cogitur ad vouendum, - Item: Diste in Evange-  
lio, quod non liceat retrò aspicerè ei, qui semel manum  
ad aratrum misit; nam ubi cum pulsares, non repali, ta-  
men, ut intrares, non compuli. S. Aug: in 2<sup>a</sup> 75. Psalmus  
dicit: uovete, & reddite. Quia audisti reddite, non vis voue-  
re? ergo uovere volebas & non reddere? imo utrumque fac.

488. *Aspice in eum, qui te ducit, & non respicies retrò, unde te ducit, S. Ambr: in Ps: 118. Qui sers iugum Christi, erige cervicem: redimicula geris, non vincula, S. Bed: ep: 43. Ad Armentar: *Stix* necessitas, quod ad meliora compellit, & ep: 48. Non te deo vivere peniteat, imo gaude, jam tibi non licere, quod cum tuo be'rimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, & dicta factis imple, ipse adjuvabit, qui vota nostra expedit, S. Greg: in Registro: Si ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos deberat nummos Deo abstulit, quanto periculo in Divino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed te ipsum Deo Omnipotenti, cui te devoveras subtraxisti, S. Chrys: hom: 21. in Acta: Voluisti habere Anania, oportebat initio habere, & non promittere, nunc autem postquam promisisti, majus sacrilegium commisisti, S. Ambr: c. 8. ad Virg: laps: Virgo, qua furthiva turpitudine constupratur, & fingit se esse, quod non est, habiti virgo, facta non virgo, bis adultera, & in actu, & in aspectu. S*

*Exempla.*

*Martidius S. Prudenis consanguineus, cum post votum continentiae uxorem duxisset, in somnis redarguitus a viro gravi, & virga in femore percussus est, monitusque, quod in pœnam semper sobole privaretur, & curvo pede esset incessurus: unde penitens in Monasterium ingressus, ibique sanctè mortuus est. Sur: 23. Nov: S*

*Cum Moniales S. Clarae ex Geneva expulsæ essent, aliis pie perseverantibus, una alteri nupsit. A postata, sed max. Deo permittente ab illo viva est exco'cata. S. Laurall: in Catech: hist: S*

*Michael Sartre in Societate Coadjutor ruri habitans, semel gravissima contra castitatem tentatione*

impetitus est, sed statim procidens vota renovavit, & illico omnis tentatio evanuit. Ann. Lugd. Gall. Aven: 1508.

Quidam cum e societate exisset, mox mente captus, & per plateas more furiosi currens, mixta denique, & repentina morte interiit. Residua.

Sicut qui cum fructu & arborem donat, sic qui sua & similia se ipsum per vota Deo consecrat, nec usum solum sed & proprietatem tribuit. Sicut virginis amator, si eam alteri nupsisse noverit, jam alio cogitationes transfert, sic Diabolus erga animam Deo jam per vota conjunctam, sicut membrum a corpore avulsam, sic Monachus religionem deserens Deo moritur, & ut palmes non manens in vite, arescit, & fovendo igni deservit.

Per vota opus factum melioratur, dignificatur, & Deo gratius efficitur, voluntas in bono stabilitur, vita holocausto, & martyrio equiparatur, si tamen quod promittitur, fidei iter impleatur, pro quo Deus crebro invocandus, Media vota memoranda, & saepius renovanda, sunt, indeque emanantes fructus ingentes considerandi, quantumvis enim magna promiserimus, majora promissa sunt nobis, servemus illa, & ista certo consequemur.

Aiphons: Rodriguez, Lucas Pinellus, Jo: Bussuetus, Auctores. Hieron: Platius, Engelgrave, Bevrstrack, Landius, &c.

# Titulus CLII.

## Vulnera Christi

Isa: 12. Mauricis aquas in garrido de fontibus Salvato - ex Sacra  
ris. Zach: 13. Quid sunt plagae istae in medio manuum  
tuarum? & dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui  
Scriptura.

diligebant me, Job: 16. Concidit me vulnere super vul-  
 nus, irruit in me quasi gigas. Ps: 21. Linumeraverunt  
 omnia ossa mea, Ps: 68. Super dolorem vulnerum meorum  
 addiderunt. Gal: 6. De caetero nemo mihi molestus sit: ego  
 enim signata Domini Jesu in corpore meo porto.  
 Figuras Sacrorum Christi vulnere habes & in veteri &  
 novo testamento. In 4. stolis a Joseph datus fratri suo  
 Gen: 45. In 5. Corinthis, vechibus, ac columnis totidem taber-  
 naculi. Exod: 26. in 4. Versibus 100. Levit: 26. in oblationibus  
 tribuum Num: 7. in exploratoribus a Dam missis Judic: 18.  
 In 4. Limpidissimis lapidibus Davidis 1. Reg: 17. In 4. Civita-  
 tibus Aegypti Jer: 39. In 4. cubitis vestibuli templi 1. Reg: 40.  
 2<sup>o</sup> In 4. panibus multiplicatis Math: 14. In 4. Talentis. Math: 25.  
 In 4. minis Luc: 19. In 4. portis piscine. Joan: 4. In 4. Lampa-  
 dibus prudentium virginum. Math: 25.

ex Quibus. S. Bern: ap. Caraf: in fasc: myr: O homo vide, quae pro te  
 patior, cum sit dolor tantus exterior, interior est plangitius gra-  
 vior, cum te tam ingratum experior. S. Aug: ser: 24. ad 17.  
 Desperarem utique, sed non despero, quia vulnere Christi  
 recordabor, ibid: Tulum refugium contra hostes vulnera  
 salvatoris. S. Bern: supra: O beata lancea, & beati clavi  
 qui apertionem huiusmodi facere meruerunt, o si fuisset la-  
 loco illius lanceae, exire de Christi latere noluissem, sed dixi-  
 sem: Haec requies mea in saeculum. &c. S. Anselm: Abn rece-  
 dant ab oculis tuis cicatrices vulnerum Christi, ut memine-  
 ris quantum satisfactiohem pro peccatis ab eo suscepis.  
 S. Aug: in Manuab: c. 21. & 22. Tutta & firma requies est  
 infirmis & peccatoribus in vulneribus salvatoris: patent mi-  
 hi viscera per vulnera. in omnibus adversitatibus non inve-  
 ni



ni tam efficax remedium, quam vulnera Christi; in illis <sup>406.</sup>  
dormia securus, & requiesco intrepidus, S. Albert. Mag. de adh.  
Deo. c. 2. Quicumque vult perfecte Deo adherere, per vulne-  
ra Humani tatis ad infinita Divinitatis seculo intendat, S.  
Bonav. ap. Carat. Bonum est nos hic esse, scilicet in vulneribus  
Christi, & faciamus hic tria tabernacula, unum in pedibus, unum  
in manibus, aliud continuum in latere, S. Aug. in vulneribus  
Christi est multitudo dulcedinis, plenitudo gratiae, & perfectio  
virtutum.

S. Comes Elzearius sic ad conjugem scripsit: Si me vide- Exempla.  
re cupis, quare me in vulnere lateris Christi; ibi enim habico,  
& ibi me poteris invenire. Carafa in Fascic. l. 2. cons. 30

S. Edmundus antequam exiraret vulnera Christi exscru-  
latus, a modo hauriam aquas de fontibus Salvatoris, dixit, &  
vixit. Haruicx Doms in Alis conc. civ. 3. 9.

Vir quidam devotus, quod quodam die in honorem S. Vulne-  
rum Christi devotissime quinquies Patre Ave recitaret, meruit  
ut sibi Redemptor appareret, & per unum quodque Vulnerum  
immensam ei suavitatem & gaudium communiscaret, ut de in-  
cens terrena omnia fastidiverit. Prat. Spir. apud Marsi disc. 19. n. 7.

Ob similem devotionem miles quidam, etsi sceleratus,  
triduo in patientia hasit vivus, donec sacerdos est accer-  
tus, cui finaliter confiteri posset. Haruicx ibid. 5. 4.

Ut per Arcae Noe ianuam intrarunt animalia non pe- Similia.  
nitura diluvio, sic peccatores per vulnera Christi, per que  
Christo ut Arbori inseruntur, ut eius fructus faciamus.

Sunt enim vulnera Dñi medium optimum ad gratitudi- Motiva.  
nem Deo exhibendam, ad præstandam pro peccatis satis facti-  
onem, ad Dei mitigandum iudicium, ad vitanda peccata vo-

192 voluptates spernendas, tentationes vincendas, patientiam,  
ceterasque virtutes acquirendas, ac demum ad Beatitude non  
certo obtinendam, quia Bernardo fuisse, *Vulnera Christi sunt*  
*clavis reserans, & clavis penetrans.* Si quisieris cur specia-  
liter hæc s. notentur Christi vulnera, cum a planta pedis usque  
ad verticem capitis non fuerit in eo sanitas, ex Isai. 1. *Vandit res-*  
*ponsum à S. Pet. Damiano dicente: Vulnera Redemptoris s.*  
*sunt; quia nos eramus s. sensuum vulneribus sanctiati, & per*  
*has s. plagas saluti sumus rescati. Peccavimus cogitatione*  
*& desiderio, quasi pedibus animæ: peccavimus lingua, ex ple-*  
*nitudine cordis ob loquitur: cordis proinde sanatione peccata*  
*lingua Christus eluit; peccavimus opere & omissione, ecce vul-*  
*nera dextra & sinistra, hucusque S. Cardinalis apud citati*  
*Martucci*

## Titulus CLIII.

### Zelus

Definitio.  
& Actus.

*Quem sic describit Alphonsus Rodriguez p. 3. tr. 1. c. 10. Est*  
*ignitus amor Dei, desideriumque, ut is ad omnibus enixe a-*  
*metur, honoratur, colatur, tam in ensum ut in eo ardens om-*  
*nes eodem inflammari cupiat, & si Deum impune iniuriis*  
*laccessi advertat, ingemiscat, igneque illo consumente, &*  
*intima viscera depascente, plane contabescat; ubi S. inscrip-*  
*tor Virtutis huius etiam actus comprehendit diversos.*

Divisio.

*Dividi autem potest zelus cum Bernardino Rosalio*  
*in eum, quo proximi salus, & alterum quo Dei gloria*  
*pro viribus procuratur.*

Gradus.

*Gradus vero ab Ant. Gaudier assignantur quatuor: 1.*  
*ut majori sit in prelio salus animarum & Dei gloria, quam*  
*omnes divitiæ, voluptates, parentes, cognati, amici; 2. quam*

propria fama, 3<sup>o</sup> quam valetudo & vita temporalis, 4<sup>o</sup> 93.  
quam & propriae seditionis securitas, si cum inimico eo-  
rum dispendio continuoatur.

3<sup>o</sup> 58. *zelus domus hie comedit me, & opprobria expro-* *ex Sacra*  
*brantium sibi ceciderunt super me, Psalms: Tabescere me.* *Scriptura.*  
fecit zelus meus, quia obisti sunt versa tua inimici mei,  
2-Cor: 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. quis scandalizatur, & ego non uror? Phil: 1. Testis est mihi deus, quomodo vos omnes cumiam in visceribus iesu Christi. & hoc orat: sitis sinceri, & sine offensa. repleti spiritu iustitie per iesum Christum in laudem & gloriam Dei. Gal: 4. 3<sup>o</sup> sibi mei, anos iterum pariter, donec formetur Christus in vobis, Rom: 9. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, Gen: 9. sanouinem animarum vestrarum requiram de manu cunctorum bestiarum, Jac: 5. Qui conuersi, fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum, 1-Pet: 5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei... & cum apparuerit Princeps Pastorum percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Daniel: 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, sicutque, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Math: 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. 9

S. Antonin: p. 1. c. 2. s. 6. *Causatur seu produciatur zelus ex 2<sup>o</sup>*  
*ab amore intenso, ut effectus eius, Dion: Carth: in c. 23. Num:*  
*Per Phineem, qui illum perfodit, expressi sunt viri virutum,*  
*qui zelo Dei accensi sunt, qui, etsi propriam propriam, non*  
*tamen Creatoris injuriam pati queunt.* S. Ambr: in Exod: *Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant, qui*

484 sunt hostes Dei, quamvis patrem, fratres, sorores, S.  
Bonav: in Phat: 1. 4. c. 36. Bonus zelus est, fervor ani-  
mi, quo mens abiecto humano timore, pro defensione ve-  
ritatis accenditur. S. Aug: in Ps: 139. Comedebat eum ze-  
lus domus Dei, quam tamen zelabat Christo, non sibi, ut  
amicis sponsi, sponsam non zelat sibi, sed sponso. S. Bern:  
ser: 4. de verb: ha: zelus absque scientia, quo vehementius  
irruit, eo gravius corrumpit, impingens nimirum, atque resi-  
stiens. S. Aug: sup: joan: Zelo domus Dei comeditur, qui  
omnia perversa, quae videt, cupit emendare: & si emen-  
dare non potest, tolerat, ac gemit. S. Greg: hom: 6. in Mat:  
in quantum vos proficisci pensatis, etiam vobiscum ali-  
os trahite: si ad Deum tenentis, curate, ne ad eum soli  
veniat. S. Bern: in Cant: Zelus tuus sit servidus, sit  
circumspectus, sit invictus: nec temerem, nec discretionem  
careat, nec timidus sis: ut tu sis placens Deo, cautus tibi,  
utilis tuis. S. Laur: hist: de Compunct: Absque igne quis  
ignem accendat: poteris plane inflammare ceteros, si fueris  
tu charitate concrematus. S. Greg: 1. 7. ep: 32. Perditorum  
animas Deum nostrum de manu vestra scitote requirere.  
S. Chrys: orat: 5. adv: judcos: Saepe una anima, quam lucru-  
ti fuerimus, potest innumerabilium peccatorum pondus abo-  
lere, animaque nostra pretium in extremo die iudicii, fieri.  
S. Dion: de Cel: Hierarch: c. 3. Omnium divinum divinis-  
simum est, cooperari Deo in salutem animarum. S. Greg: 13.  
Dial: c. 17. Maius miraculum est peccatorem convertere, quam  
carne mortuum suscitare. & Rom: 12. in ezech: An illius  
Omnipotentis Deo tale est sacrificium, quale est zelus ani-  
marum, & Romil: 6. in Evang: Unusquisque vestrum, in



quantum gratiam supernae aspirationis accepit, si à <sup>498</sup>  
pravitate proximum revocat; &c. profecto Angelus exis-  
tit, s. Chrys: ho: 3. in 1. Cor: Nihil nos potest ab eo imi-  
tatores Christi facere, ut proximorum cura, sed non est  
praeterendum Kempensis monitum, quo ait l. 2. imit. c. 7.  
Habe zelum primo super te ipsum, & tunc iuste zelare  
poteris & proximum tuum.

S. Dunstanus die Ascensionis ad caeleste regnum, Exempla.  
invitatus ab Angelis, renuit venire, ut eo die populum su-  
um verbo Dei haurire posset, sed sabbato sequente pri-  
mum mortuus est. Spec: Exempla: dist: 8. ex: 85.

Aphrates ex eremo Antiochiam venit, & rogatus a Vale-  
te imperatore, cur solitudinem reliquisset, respondit, eo quod  
incendium in domo paterna exortum advenisset, quo stan-  
te non decebat se in quiete manere. Theod: 1. 6. Hist: Eccl: c. 25.

P. Andreas Ortiz Societatis Jesu magno zelo & labore  
terras penetrans, cum ethnicis convertendis sibi viam oculi-  
sam diceret, mox raritudine occupatus, pro zeli & marti-  
ris magnitudine animam exhalavit. *Littera Peruviana*

P. Dracontius Solus tanto tenebatur zelo Indos con-  
vertendi, ut ex mora licentiae in gravem morbum incidit,  
sed adventante Epistola Generalis confestim sanus surrexit,  
& in Indiam quantocius profectus est. Manusc: Inq: 1st: c. 1. n. 118.

Epictetus in omnibus suis colloquiis nihil aliud propositum  
habebat, quam ut animos audientium ad optima quaeque  
expetenda incitaret. *Arrianus de doctr: Epict: 1.*

Sicut filius Patris, sic nos Dei gloriam quaerere o- *similia.*  
portet; & ut Pater filii sic & nos bonum proximi, ad-  
ulnam, nutricem, & matrem sollicitam imitantes, ut

496. Medici, Chirurghi, Pharmacopœe, nos queramus erga ani-  
mas; ut bonus pastor erga oves suas, ut Monarcha ad  
provincias ab hoste liberandas, recuperandas, debellandas,  
sic & nos a nimirum salvemus.

Motiva. Moveant que exempla Christi, Ecclesiae, imo & nego-  
tatorum huius mundi: plus dicam. Damonis ipsius: ut si-  
cut ille pro perdendis, sic & nos conemur pro lucrands. Deo  
animabus, sed vero media ad tantum finem, maxime pro-  
pria sunt assiduum meditationis & orationis studium, soli-  
tudinis suo tempore servanda amor, intentionis puritas, vi-  
tae sanctitas, humilitatis & Apostolicorum mult. ministerio-  
rum pro suo statu exercitium, cum zelosis viris frequens  
conversatio.

Conclusio. Hinc Luc: 12. Christus dixit: Ignem veni mittere in ter-  
ram: & quid volo, nisi ut accendatur, & c. 24. Sedete in civi-  
tate, quoad usque induamini virtute ex alt'o, c. 9. Hic est  
Filius meus dilectus... ipsum audite, Matth: 4. Venite post  
me, & faciam vos piscatores hominum, Joan: 20. sicut mi-  
sit me Pater, & ego mitto vos, Rom: 10. Quam speciosi  
pedes evangelizanthum pacem, Eccl: 17. Mandavit Deus  
unicuique de proximo suo, qui ut sollicitus pater familias  
Matth: 20. Exiit primo mane conducere operarios in vineam su-  
am. iterum egressus est circa horam tertiam... & iterum  
circa 6. 9. & circa undecimam exiit: Haec & nos preste-  
mus ad Dei gloriam & proximorum salutem, curemus  
que eas quas in Vito zeloso S. Dionysius requirit conhibi-  
ones: de Eccl: Hierarchy: c. 3. nempe: ut sit Deo similis, ut is illum  
exponat ad volandum, ut non incurius hoc minus aggredia-  
tur

Lancizius, Rodriguez, Theophilus Bernardinus, Jac:  
 Alvarez, Bernin<sup>us</sup> Bossignolus, Albertus Magnus, Antonius  
 gaudier, Mathias Fader, Busæus, Marchant, Stapleton,  
 Mansi, &c.

Auctores.

# Appendix

sive

## Titulus peculiaris.

Aliquas complectens Historias.

✠ In Operis complementum merito duxit Exemplar  
 nostrum scilicet dignas apponendas peripues Historias; sed  
 nos ab hucusque servata brevitate nolentes deflectere, partem  
 ea de more ex multis transcribemus, vel maxime ex eo, quod  
 cum ipso Auctore Verbo Historico. huc lectorem transmi-  
 verimus. ☉

Historia in genere est vera rerum gestarum expositio, <sup>subiuncte</sup>  
 Dividitur autem in Simplem, quæ de unico facto, vel obiecto <sup>& Divisio.</sup>  
 tractat; & Multiplicem, quæ plura gesta variorum complec-  
 titur; si annorum observet ordinem Annales vocatur; si dierum  
Diurnum seu ephemeris appellatur. quæ de varietate locorum  
 quoad originem, situm, distantiam, & Geographia, quæ de  
 temporum variis successibus agit Chronologia; & quæ de  
 familiarum seu generationum successionibus dixerit Genealogia  
 dicitur; quæ verò nil horum directe respicit nomen si-  
 bi absolute vindicat Historia. ☉

Historiae utilis est maxima. conducit enim, inter <sup>utilitas.</sup>  
 alia, ad Deum glorificandum, sanctos honorandos, vir-  
 tutes

fructus amulandus, prudentiam acquirendam, ceterasque  
dotes obtinendas ad alios docendos, ad iudicandos, deservit  
que plurimum ad animi recreationem, otii evitacionem,  
ac scientie comparacionem. Nunc ad aliquarum his-  
toriarum deveniamus narrationem.

+  
Egressus e  
Religione.

3

1. Quidam S<sup>t</sup> Benedicti Monachus, cum multis precibus  
impetrasset, ut discedere ex Monasterio posset, vix monasterii  
egressus, Draconem apertis sibi ore insidiantem conspexit. Quare  
magnis clamoribus fratrum auxilium invocans, ab iisdem ac-  
currentibus, sed nil videntibus, tremens ac palpitations in Monas-  
terium reductus est. S. Greg. l. 2. Dialog. c. 24. 3

+  
Confessarius  
cum peniten-  
tiam datus

3

2. Insignis in Italia usurarius, a multis jam rejectis Confessa-  
riis, incidit in Monachum laxiori Theologia videntem, a quo  
toties quoties invalidam obtinebat absolutionem; atque hinc  
invicem familiarissimi facti, post carnam liberalius una per-  
actam quadam nocte cum iam Monachus ad sua se recepisset,  
subito Ephabos emerititi duo demones hunc vocant quasi il-  
lum morti proximum absoluiturum, qui tamen revera repente  
mortuus monacho egredienti se obvium, iam damnatus, eum  
que stricte amplexus vivum secum, terra sese expansa, in in-  
fernum precipitavit, relicto Monachi socio qui omnia Supe-  
riori tremens reliquit. Pedagog. Christ. tit. Confessarius. 3

+  
Animarum  
cura a Chris-  
to demandata

3

3. P. Didacus Martinez Soc; Jesu. coram Crucifixo orans,  
ut sibi declararet quo in opere ei plus servire vellet, formata  
voce, iussit Christus e cruce, ut se totum, studiis aliisque cu-  
ris missis, indorum se dare procurandae salutis, ei ostendens  
indum unum retrò id ipsum a Deo enixe postulantem in  
medio conclavi. Madasi in an. Crucif. 1633. 49. 3

+  
Fundatio Mo-  
nasteriorum.

4. Carolus Magnus fundavit largis reditibus tot Abbatis,



quod littere sunt in Alphabetho, & harum Abbatiam  
singulis unam ex Alphabethi litteris nominis loci imposuit.

Joan: Vilan:

5. Vir quidam nobilis Senensis Taurinum venit, ut S.  
Augustini aliquam impetraret reliquiam, multa que eo fine  
Custodem donavit pecunia, à quo tamen, S. Corpus violare  
verito, defuncti alterius digiti, pro S. Aug: accepit deceptus,  
usque dum nocte ab ipso Sancto visitatus & fraudis est moni-  
tus & vero digito donatus. Joan: Perinzi Malip: L. 2. c. 10. n. 2

+  
Fraus circa  
Reliquias de-  
fecta  
F

6. In Hispania quodam vespere, orta immani tempestate  
inter varia fulmina & grandines caelum lapidem deiecit ita  
micantem, ut plures alliceret ad videndum, & explorandum,  
ac reperia sunt incisae littere hoc sensu: Salve Maria Virgo, & Ma-  
ter Dei, concepta sine peccato originali. In Relat: hispan: 1685.

+  
Conceptio S.  
Marie Virg:  
F

7. Patri Gulioni Ord: Min: jam grandaevo Deus sanctiores ci-  
bos providit: dedit enim selem, quae quondam e silva volucrum  
aliquam afferret Fr. Francisco Montis Jcini ejus socio, ut pra-  
pararet: ipso vero die, quo vir sanctus obiit, ad ejus pedes.  
felis exspiravit. Hist: paup: S. Bonav: lit: C. de Conversat: ~

+  
Providentia  
Dei in viciis  
F

8. Quibdam cum rogatus amore Dei omnia egenis dedisset, nec  
petentibus quidquam largiri jam posset, projecit se in florum ma-  
nus dicens, cum jam nihil danum remanserit, sumite me ip-  
sum. S. Bern: Sen: to 1. ser: 7. 2. 2. 2. ~

+  
Elemosyna  
singularis  
F

9. Monachus quidam desiderio Martyrii in Turciam pro-  
fectus, infrepide castram Soldani ingressus est, rogatus ad quid  
veniret, respondit, ut mortem inveniam veritatem tibi praedi-  
cando. Cui Soldanus: Ito ad Principes tuos, & praedicans  
illis veritatem, citò mortem invenies. Engelgr: Boh: Reg: 5. 2. ~

+  
Veritas  
dolum parit.  
F

10. Monialis quaedam suo Confessario se ream multorum see-  
lerum

+  
Hypocrisis  
dilectior  
F

cerum, assererat, ob qua & ipsa & alii à Deo neglecterentur. Con-  
 siliarius ratus latere hypocrisin, respondit: Sane credo quod  
 ais, nam hoc idem ab illis audivi de te dici: tum illa exaudien-  
 s: montis, inquit, ut & qui tibi hæc dixit. *Adipiscit. or. 700.*

+  
 Vindictæ  
 caridabilis

11. Godesfridus ab Aschamber, Episcopus Herisopolensis cum  
 aliquando tempestas, & grande omnes penè in agro fruges per-  
 didisset, dixit se ultimum in Deo hanc facturam, ac se pluris  
 modios frumenti, quam aliis annis pauperibus erogaturum: fe-  
 cit, & paulo post factus est imperii Princeps. *Frid. Specul. 3. c. 30. n. 29.*

+  
 Dignitas in  
 pœnitentiâ

12. Cùm Photas Imperator horribili strage sæviret, quidam  
 servus Dei humiliter cum Christo exposulabat: Vne cur fecisti  
 eum imperatorem? cui responsum à Deo delapsa voce: quia  
 non inveni peiorem. *Anast. Nicenus in Quæst. 5. Script. q. 18.*

+  
 Venia hosti  
 data

13. Eques quidam ab inimicis suis circumventus grave vul-  
 nus accepit, ulthionem que constanter proponebat, donec a Con-  
 ditionatore Capucino illac transeunte, alius que rogatus amicis  
 veniam promiserit; sed quoties vulnus curabat, ex doloris reno-  
 vatione, spiritum quoque vindictæ moleste renovari sentiens,  
 noluit iterum vulnus curare usque dum Tabellionis ope ve-  
 nia concessa publice constaret, & cum eo peracto vulnus  
 aperiret curandam, apparuit omnino sanatum, ut vix cicat-  
 ricis remanserit vestigium. *Nicolas Ernest. ex. 10.*

+  
 Libentiarum  
 vis.

14. Dominicani olim gravibus malis & persecutiombus pres-  
 si, in templo ad eas avertendas Litanias omnium Sanctorum  
 instituerunt recitare, tam felici successu, ut motibus composi-  
 tis sæculares dein, qui solebant ex quantis malis quo reme-  
 dio fuissent erephi, dicere vulgo soliti sint: Cavete à Litanis  
 prædicatorum, mira enim operantur. *Cahnd. 8. y. 13. tit.*

+  
 Tentationis  
 vehementia

15. Miles sacerdoti confessus hanc unam penitentiam scilicet  
 iussus est, ut stans sub silvestri pomo, quæ poma ferebat esui

in gratissima, nullum inde pomum comederet, sed cum an-  
te sponte sua abhorreret, post imperium edere tentatur cui  
inobedientia impulsu sane forti, dum viriliter resistit, pra-  
conatu & violentia appetitui illata moritur. Spec. Exemp. dist. 6. c. 4.

16. Tanta fames Constantiopolim invaluit tempore Qua-  
dragesimae, ut nullum Quadragesimalem cibum esse repe-  
riri. Iussit ergo Justinianus, i. p. carnes venales apponi, sed  
totus populus ne unico dempto, imperatorem adit, reque-  
runt potius velle, quam patriis traditionibus contraire con-  
stanter professus est. Steph. 17. Ecl. Hist. c. 32.

17. Monachus ambiens Abbatis dignitatem puerum huic mis-  
tranti veneficos tradidit pulvisculis dicens, his in cibum immis-  
sis semper placendam Abbatis iram, mediocritatem imposuit  
prima vice puer, & Abbatem necavit; at amulo succedente, &  
illi puero quondam irascente, puer eodem usus remedio aliam  
ei apposuit mediocritatem, qua ut alter interit. Spec. Exemp. Specta.

18. Paulus Colovello dicitur in templo B. Virginis sibi apparetis  
aspectu mire recrearetur, vocatus ab aegro cuius ei cura commis-  
sa erat, illico occurrit relicta recreatione caelesti, sed ex eo ita deo  
& Dei parz gratias, ut in templum reversus Dei Matrem se expecta-  
torem repererit suavius que alloquentem. Annals Capua: 1643. n. 87.

19. Maximilianus I. Imperator triplici spectaculo delectari so-  
litus dicitur, 1<sup>o</sup> videlicet campum coplis militariibus instruc-  
tum; 2<sup>o</sup> Chorum Monachis reseratum; 3<sup>o</sup> patibulum plenum  
furibus, per quod dicebat, urbes defensionis, per 2. Religionem, & 3.  
Iustitiam. Miram. d. 16. c. 30.

20. Mater quaedam exprobrabat filio, quod ab illo male habere-  
tur, sed & hic matri reposuit: cum me concepisti, non me, sed volup-  
tatem quaerebas, cum me hiliisti utero, & genuisti non potuisti na-  
turae cursum impedire; at me lactare, quod matris proprium est,  
omnino negasti, & statim a te me repulisti. Cordes c. 4. 5. 2. 24.

+  
Iugali Qua-  
dragesimalis  
vehementia  
F

+  
Dignitatis  
Ambitio  
pualta  
F

+  
Cura infirmo-  
rum Deo & SS.  
Gratissima  
F

+  
Tria in Repu-  
blica optanda.  
F

+  
Mater a  
filio objur-  
gata  
F

+  
 Thesaurus  
 causa letha-  
 lis trinitia

29. Rusticus, cum thesaurum reperisset eum apud se reti-  
 nens, in tantam melancholiam incidit, ut paulatim praean-  
 re, & nimia sollicitudine, quod nesciret, quid de illo faceret, contubes-  
 cens, tandem expiravit. rem autem, quam narro, vere contigisse  
 mihi constat certo, ait S. Theresia. s. 11. tit. 2

¶ Mox unice praestituta ratione libuit eruere ex 445.  
 Historiis hic apud Exemplar reperiis: nunc quoque bre-  
 viter ex ejus Catalogo Historicorum, nomina saltem edu-  
 camus.

A. S. Antoninus Florentinus Ord. Praedic. qui obiit anno 1459.

B. Caesar Baronius Conar. Oratorii S. R. Ecc. Cardinalis

Daniel Bartoli Soc. Jesu Italus.

Ven. Beda in Britannia ex Anglo-Saxonum genere oriun-  
 dus, in Griwensi territorio natus an. 673. obiit an. 735.

Die 26. Maji

Hector Boetius Scotus.

Joan. Bollandus Soc. Jesu Belga.

C. Cassiodorus Magnus Senator, floruit an. 514.

Nicophorus Callistus Historicus Graecus vixit tempore An-

thonici senioris, imp. ac proinde post annum Dom. 1300.

Nicetas Chonjates floruit post an. 1200.

Joan. Curpalates post an. 1400. 1400

D. Antonius Davrolhus S. J. Belgae.

E. Evagrius in Syria natus ecclesiasticus Scriptor.

G. S. Gregorius Magnus, Papa & Doctor egregius, obiit an. 604.

Jacobus Gordontis S. Jesu. Scotus.

Jac. Gretserus Soc. Jesu. Germanus.

H. S. Hieronymus Stridonensis-Salmata, natus circa an. 329.

moritur an. 410.

I. Josephus Flavius Matathia filius natus anno Christi 37.

M. Joan. Pet. Mafaeus Italus Soc. Jesu.

Martinus Martinus Ibidem Soc. Jesu Italus

N. Joan. Nauclerus Praepositus Tubigensis, vixit anno 1500.

Joan:



- Joan: Nadasi Soc: Jesu Hungarus.
- Joan: Euseb: Hieremberginus Soc: Jesu Hispanus.
- O. Paulus Osorius Tarratonensis Hispanus, S. Augustini  
discipulus. Moruit ab an: 400.
- Nicolaus Orlandinus Italus, Soc: Jesu
- P. Mattheus Parisiensis, natione Anglus, professione Mona-  
chus Choniacensis. obiit 1259.
- S. Prosper S. Aug. ut volunt, discipulus, natione Aquit-  
anicus.
- R. Petrus Ribadeneyra, Soc: Jesu, Hispanus.
- Heribertus Rosweidus Soc: Jesu, Belgæ
- S. Franc: Sacchinus Soc: Jesu Italus.
- Jac: Sallianus Gallus.
- Famianus Strada S. J. Italus
- Severus Sulpitius coævus S. Paulini
- Aneas Sylvius Senensis, Summus Pontifex Pius II. obi-  
it an: 1464
- T. Nicolaus Trigantius S. J. Belgæ
- Joan: Trithemius Germanus, Abbas Spanhemensis,  
obiit an: 1519
- Z. Joan: Zonaras Monachus Græcus, obiit 1188.

Quos ut celebratiores Historicos hic laudandos  
voluit, cujus nunc semitas, etsi præcipiti admodum gressu,  
sequimur, cuiusque, ne aliquid omnino non nota, iam præ-  
termittamus, & de Concionatorio, quem format, indice, nobis  
aliqua concinnatè adnotabimus, licet totum nostrum pri-  
mum tomulum in parandis thematicis ac scopis concinna-  
toris insumpserimus, cum in his expediat plura sibi pro  
electione parasse.

Jno

# Indiculus Concionatorius

in Evangelia Fæstorum, & Dominicarum

## S. I. Pro Fæstis.

1. in fæsto Circumcisionis. 1. Januay

Thema: Completi sunt dies octo, ut circumcidere hunc  
puer. Luc: 2.

Scopus: Sicut Christus nomen Salvatoris noluit aliter obli-  
-nere quam per Circumcisionem, ita nec salvari possumus  
nisi circumcissione affectuum pravorum per mortificationem.

2. & vocatum est nomen ejus JESUS. Luc: 2.

Sicut Christo datum est nomen, à Deo, non verò à re electi,  
in quo jam monstrabat se non venire in mundum ut suam  
faceret voluntatem, sed Patris, ita per Resignationem, Chris-  
to nos conformantes, Annuntiamus felicitatem, ac vitam nobis à  
Deo polliceri possumus, ut ipse per Obedientiam, & nomen &  
exaltationem promeruit.

In Fæsto Epiphaniæ 6. Jan:

Videntes stellam gavisissimi gaudio magno valde.

Matth: 2.

Per stellam fides Christi, per gaudium fidei emolu-  
-menta, per Magos veri Christiani denotantur.

In Fæsto Purificationis 2. Feb:

Lumen ad Revelationem gentium. Luc: 2.

Militas Christi & Mariæ nostram confundit super-  
-biam.

In Fæsto S. Sebastiani. 20. Jan:

Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc: 6.

De S. Sebastiano virtus exit per miracula, quæ sanat om-  
-nia corpora; per virtutum exempla, quæ sanat omnium  
-animas & pectora.

In

Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Math: 11.

Discamus Sacerdi Matthiae mansuetudinem discamus humilitatem

Venite ad me omnes qui laboratis &c. & ego reficiam vos. ibid.

Laboramus & oneramus peccatis, passionibus, concupiscentiis: S. Matthias reficiet nos sub patrocinio, & exemplo.

In Festo Annuntiationis B.V. 24 Martii

Ecce concipies in utero & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Luc: 1.

Maria, mente & corpore concepit & peperit, & ut adeo perfecte Matris officia erga Iesum implevit, generando, alendo, protegendo eadem erga nos exercebit, si vicissim erga eam ut veros nos gesserimus filios, amando, confugiendo, honorando, ut in Hyperdulia Mariana

In Festo S. Georgii. M. 23. April:

Manete in me, & ego in vobis: Joan: 15.

S. Georgius in Christo mansit per fidem, Spem, & Charitate. & Christus in eo per Graham, & nunc per Beatitudinem

In Festo SS. Philippi & Jacobi Ap: 1. Maji

Ego sum via, veritas, & vita. Joan: 14.

Christum viam secuti sunt isti apostoli eius imitantes exēpia, Veritatem, verbum Dei prædicantes, & eo Vita fruuntur in Beatitudine

In Festo Ascensionis Dñi N. J. C.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Marc: 16.

Scala ad Cælum fides & Gratia

Assumptus est in Cælum, ibid.

Alia duo vestigia, nobis a Christo relicta: abstine, & sustine servemus abstinentiam, sectemur Satanham in

In Feste S. Joannis Bapt.<sup>a</sup> 24. Jun:

Multi in Nativitate ejus gaudent; Luc: 1.

Nativitatem insitiamus spirituales per bona opera, & verū nobis adveniet gaudium & Angelis Dei ex nostra penitentia

In Feste SS. Petri & Pauli. 29. Junii.

Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, Math: 16.

S. Petrus Petra firma, ex fide, fortis in constantia, Lucida ex virtutibus & doctrina.

In Feste Visitationis B. V. 2. Julii

Mansit autem Maria cum illa,

Manet Maria, cum castis, & humilibus; recedit a superbis, & luxuriosis.

In Feste S. M. Magdalene. 22. Jul:

Vides hanc mulierem? Luc: 7.

Videamus Charitatem, Mundi contemptum, ac Penitentiam Magdalene.

In Feste S. Jacobi Apost: 25. Jul:

Dic, ut sedeant hi duo filii mei. Luc: 20.

Sedem oblinuit illam S. Jacobus, non ex Ambitione, Matris petentis sed virtutibus, quæ vera via sunt ad Famam & honorem.

In Feste S. Ignatii Conf: 31. Jul:

Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, Luc: 10.

S. Ignatius agnus Mansuetudine, annihilatione vocis per prædicationem verbi Dei, & immolatione sui ex Charitate Dei & proximi.

In Feste S. Laurentii Mart: 10. Augusti

Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum. Pater meus Joar: 11.

S. Laurentius ministravit Deo ministrando pauperibus; honoratur coram hominibus ex virtutibus & Martyrio; coram Deo in Beatitude.

In



Optimam partem elegit, Luca 10.

Maria elegit optimam partem in vita, se conformans divi-  
nae voluntati; in Morte dum absque dolore occubuit ex Dei  
Amore; post mortem; corpore & animo in caelum assump-  
ta, & coronata.

Ne sibi tantum, sed & nobis optimam elegit partem  
agens advocatam, Matrem & Reginam optimam.

In Feste S. Bartholomaei Ap: 24. Aug:

Qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur, Luc: 6.  
S. iste sua castitate, & praedicatione, immundos curavit spi-  
ritus Luxuria & infidelitatis; pellem exuens occidit abnega-  
tionem, & a peccatis munditatem.

In Feste S. Angelorum Custodum.

Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, Matth: 16.  
Angeli custodes nostri, simul semper apud Deum, ut pro no-  
bis orent; semper vident Deum, ut per reflexionem nos illu-  
minent; semper vident Patrem, ut nos ei filios adoptent.

In Nativitate B. Mariae V. 8. Septembris.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, Matth: 1.  
Nascente Maria jam proponitur desponsata, quia semper  
Mater Dei, mater nostra; sola ejus sponsi narratur pro-  
sapia, quia ipsius generationem quis digne enarrabit?

In Feste S. Joseph. fuit 19. Martii

Joseph autem vir ejus cum esset justus, Matth: 1.  
S. Joseph justus in intentione, justus in operibus, justus in  
custodia Christi & Mariae; justus in vita & morte.

In Feste S. Matthaei Ap: & Evang: 21. Septembris.

Vidit Jesus hominem sedentem in telonio, Matth: 9.  
Videt Jesus homines in consuetudine peccati perstantes, ut  
revocet ad Penitentiam.

In Feste S. Michaelis Archang: 29. Sept:

Quis putat major est in regno caelorum? *Matth: 18.*

S. Michaeli merito inter Angelos supremis habendus, 1. quia magis subjectus Deo, 2. major zelator gloriae Dei, 3. maxime erga homines beneficus.

In Feste SS. Simonis & Iudae Ap: 28. Octobris.

Ego vos elegi de mundo, propterea odit vos mundus. *Joan: 15.*

Sancti Apostoli à Christo vocati contrarii & contemptores efficiuntur Mundi, de quo extrahuntur ad gratiam, & beatitudinem.

In Feste Omnium Sanctorum. 1. Novembris.

Beati estis. *Matth: 5.*

Sic sanctos acclamare debemus ob eorum virtutes, praecipue in hodierno Evangelio expressas; quae nobis sint exemplum, & motivum ad sanctorum cultum.

In Commemoratione fidelium Defunctorum. 2. Nov.

Nunc est quando mortui audient vocem filii Dei, *Joan: 5.*

Audiant animae vocem Christi vindicis in acerbitate peccatorum purgatorii; & audiant vocem eiusdem consolatoriam, dum supplicis exerceverimus misericordiam erga ipsas.

In Feste S. Martini Ep: & Conf: 11. Nov.

Interna fulgoris illuminabit te. *Luce: 11.*

Fulgor S. Martini fuit Misericordia in pauperes, mansuetudo erga omnes, Charitas in Deum.

In Presentatione S. Mariae V. 11. Nov.

Beatus venter qui te portavit. *Luce: 11.*

Verè Beata Maria ex Dei Maternitate, Beatiores ex obedientia, & timore Dei, & Beatis suis Cultores.

In Feste S. Catharinae V. & M. 25. Nov.

Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis. *Matth: 25.*

Magna Catharinae prudentia, quod in corde suo ser-  
uaverit oleum charitatis, cum lampadibus fidei & cas-  
titatis. In Festo S. Andreae Apost.: 30. Nov:

Venite post me, Matth: 4.

Benè sanctus Andreas iuit post Christum, abnegans se-  
met ipsum, tollens Crucem suam, & sequens Exemplum  
Dñi sui. In Festo S. Nicolai Ep: & Conf: 6. Decembris.

Tradidit illis bona sua, Matth: 23.

S. Nicolaus bona fortuna in Eleemosynas, bona gratia  
in sui & aliorum spiritualem utilitatem zelose conuer-  
tit. In Festo immaculate Conceptionis B. V. 8. Dec:

Maria de qua natus est Jesus, Matth: 1.

Maria convincitur sine labe concepta, quia ex ea natus  
est Jesus, quia est Aurora solis iustitiae praenunciata, & ma-  
ter roris iustum pluentis; quia, futura erat omnis honesta-  
tis exemplum, peccatorum advocata. &c.

In Festo S. Thomae Apostoli, 21. Dec:

Erant Discipuli inuis & Thomas cum eis, Iuan: 20.

Quantum praecit S. Thomae Societas bona, cuius defectu  
prius incredulus, ea stante fidelis fuit, fidem nostram co-  
firmans, & haereses circa Christum inferimens.

In Nativitate Christi Dñi 25. Dec:

Natus est vobis hodie Salvator, Luc: 2.

Natus est Christus, ut per vite sua exemplum, vitam nobis  
panderet ad veram Beatitude.

Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae vo-  
luntatis, Luc: 2.

Hodie cum gratitudine Deus laudandus, & pax procuran-  
da per resignationem nostrae voluntatis ad Divinam.

IN

In Festo S. Stephani. 26. Dec.

Benedictus, qui venit in nomine Dñi. Math: 23.  
 Ita venit Stephanus, victoriam ex eo reportans de seipso  
 abnegatione sili; de inimicis, eorum dilectione; de Demone.  
 gratia & fortitudine, qua plenus erat ex Act: 6. 5

In Festo S. Joannis Ap: & Evang: 27. Dec:

Scimus quia verum est testimonium ejus, Joan: 21.  
 Eo veribra S. Joannis dicta, quò propius e pectore & vul-  
 neribus Christi educta, ob specialem Castitatis prerogativa  
 & Dei majorem ex proximitate cognitionem, & amorem  
 unde & cum Petro dicere possumus: Nc autem quid? Jo: 21.  
 nescientes pro dignitate virtutes, ejus, gratiam, aut beatitu-  
 dinis mensuram attingere. 5

In Festo SS. Innocentium. 28. Dec:

Mitens occidit multos pueros, Math: 2.  
 Isti pueri fortitudine viri; Educatione ordinati, Socie-  
 tatis multitudine potentes ad impetrandum. 5

In Dedicacione Templi

Hodie salus huic domui facta est, Luc: 19.  
 Tempia vere salutaria, ob Dei presentiam, Orationis  
 frequentiam, Verbi Dei declarationem, ac sacramenta-  
 rum participationem. 5

Pro quibus paucis Concionatoriè amplificandis mate-  
 riam præbent supra positi Tituli, quorum Verba, quæ  
 ad unumquemque scopum prosequendum conducunt, i-  
 deo lineolis subducta indicamus, ut ex illis facile inven-  
 tis accommodè, ad objectum, Historiam, virtutem &  
 Concionem nostram adaptemus sive in Festis, sive in Do-  
 micis. 5



S. II. Pro Dominicis 511.

virtutes calorum movebuntur, Luc: 21. (Dom: 1. Adv: Quam tremendum exponitur iudicium extremum, quod de Angelis, ipsa que expavescere videntur videntur, & cetera inanimata, illud ergo timore Dei nunc praeveniamus.)

Dominica 2. Adventus.

Quid existis videre? Mat: 23.  
Quia in hoc Mundo videmus nisi vanitates, & concupiscentias? ne exeamus ergo, sed intra Conscientiam manentes portas sensuum sedula Mortificatione obseremus.

Dom: 3. Adventus.

Quid dicis de te ipso? Joan: 1.  
Nemo de se ipso dicat, ut humanas laudes obtineat, sed potius sua peccata humiliter confiteatur.

Dñica 4. Adventus.

Erunt prava in directa & aspera in vias planas, Luc: 3.  
Expectantes adventum Dñi vitia convertamus in opera bona; & asperitates penitentiae, viam nobis absque impedimento sternamus ad Dei visionem & beatitudinem.

Dñica Infract: Nativitas.

Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, Luc: 2.  
Pueri educandi, ut crescant in sapientia, & roborantur in gratia.

Dñica 1<sup>a</sup> post Epiphaniam.

Mater ejus conservabat omnia verba haec conferens in corde suo, Luc: 2.  
Audiendum Verbum Dei, illud que mentali oratione conferendum in corde suo, ut conservetur, & fructificet.

Dñica

## Dñicâ 2. post Epiphaniâ

Vocatus autem est & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias,  
Joan: 2.

Quomodo Matrimonium contrahi, & conjuges mutuo seque-  
 rere debeant, ut Dei benedictio illis accedat caste viventi-  
 bus.

## Dñicâ 3. Post Epiphaniam

Sicut credidisti fiat tibi, Math: 8.

Spes & fiducia in Deum, optima sunt media obtinen-  
 da gratia quam poscimus.

## Dñicâ 4. post Epiphaniam

Et ecce motus magnus factus est in mari, Math: 8.

In hoc mundo tempestas est continua tentationum.

## Dñicâ 5. Post Epiphaniam

Unde habet zizania, Math: 13.

Operibus immiscentur zizania ex prava societate,  
 & perversa intentione.

## Dñicâ 6. post Epiphaniam

Simile est regnum celorum grano Sinapis, Math: 13.

vel minima temporis spatia fructuose expendenda, & quod  
 cumque vel minimum opus recta intentione perficitur &  
 augetur.

## Dñicâ Septuagesimæ

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum, Mat: 20.

Ne nequam est, quia alter bonus est, qui aliis bona invi-  
 det; aliena opera bona sinistra interpretatur, de intentione  
 temere iudicans, qui aliis laborantibus, oratur.

## Dñicâ Sexagesimæ

Ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt, Luc: 8.

Sicut semen jactum supra petram resilit, nec mittit radices;  
 sic Verbum Dei predicatum, iis qui tentatione pulsati, non per-  
 severant in fide, & bono.

Dñicâ

et non intelligebant, quæ dicebantur. Luc: 18.

Qui mundo servivunt, & carni, non percipiunt Verbum Dei  
ne frui possunt solaciis spiritualibus.

## Feriâ IV. Cinerum

Ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo. Matth: 6.

In abstinentiâ servanda, recta curanda est intentio & vi-  
tanda hypocrisis.

## Dñicâ I. Quadragesimæ

Ductus est Jesus in desertum, ut tentaretur à diabolo, Mat: 4.

Tempore tentationis quomodo cum damone certandum  
exemplo Christi.

## Dñicâ 2. Quadragesimæ

Bonum est, nos hic esse. Matth: 17.

Quam bona sit in vocatione perseverantia; quam bona  
Beatitudinis gaudia; quam noxium peccatis inhaerere & pe-  
nitentiam procrastinare!

## Dñicâ 3. Quadragesimæ

Fiunt novissima hominis illius peccata prioribus, Luc: 11.

Qui consuetudine peccandi opprimitur, semper abit in de-  
teriora & graviora peccata.

## Dñicâ 4. Quadragesimæ

Cum gratias egisset, distribuit discipulis, Jo: 6.

Divitias qui possident, erigunt deum gratitudinem, & erga  
pauperes misericordiam exercent.

## Dñicâ Passionis

Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est, Jo: 8.

Fugienda vana gloria, & humilitate corrigenda, ac Re-  
signatione.

## Dñicâ Palmaram

Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth: 21.

Man-

514. Mansuetudo necessaria, maxime iis, qui praesunt.

Feria V. in Cena Dñi.

Vos mundi estis, sed non omnes. joan. 17.

In Societatibus aliqui immiscentur mali, a quibus cavendum.

Feria VI. Parasceves

Duxerunt eum ut crucifigerent. Matth. 27.

Cruce & Poeno Christi ponderanda, ad penitentiam

Dominicâ Resurrectionis.

Ibi eum videbitis. Marci 16.

Christi Resurrectio spes nobis est Beatitudinis.

Feria II. post Pascha.

Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem?

Lingua caritè custodienda, ad omnibus, quæ mutua  
ludere possint Charitatem.

Feria III. post Pascha.

Aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Luc. 24.

Ignorantes edocendi in Fidei mysteriis, ut recte Scrip-  
turas intelligant, nec declinent in Hereses.

Dñicâ in Albis.

Infer digitum tuum huc, & vide. joan. 20.

Vulnera Christi per fidem videnda, & mortificatione tan-  
genda.

Dñicâ 2. post Pascha.

Lupus rapit, & dispergit oves. joan. 10.

Lupus est Damon, lupi socii mali, oves anima recon-  
scientia.

Dñicâ 3. post Pascha.

Modicum & non videbitis me. joan. 16.

Modica & minima neglecta, visionem Dei impediunt.

Dñicâ 4. post Pascha.

Quo vadis? joan. 16.

sic interrogandi peccatoris peccandi occasionem quaren-  
tes



tes, & pravam consuetudinem protrahentes.

Dñicā 5. post Pascha

Pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis. jo: 16.

Dei gratiam merentur fides & Charitas

In Feriis Rogationum

Petite, & dabitur vobis. Luc: 11.

optata consequimur oratione, & Sanctorum invocatione.

In Festo Ascensionis Dñi

Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, Mar:  
Exprobrandum, id ipsum procrastinantibus pœnitenti-  
tiam, consuetudinariis, deo non fidentibus.

Dñicā infra oct: Ascensionis

& vos testimonium perhibebitis. jo: 17.

Illi testimonium perhibent de Christo, qui eum zelose  
verbo prædicant, & opere in patientia, vel martyrio

Dñicā Pentecostes

Spiritus S. ille vos docebit. jo: 14.

Spiritus Sanctus, Gaudium & consolationem suggerit,  
pellit ignorantiam, & dubia nostra resolvit.

Feria II. post Pentecosten

Erant enim eorum mala opera. joan: 8.

Sicut a trahunt Spiritum S. opera bona, sic mala repel-  
lunt.

Feria III. post Pentecosten

Ego sum ostium. joan: 10.

Christus ostium Ecclesie per fidem, & baptismum; ostium  
gratiæ, & ostium gloriæ.

Dñicā I. post Pentecosten

in nomine Patris, & filii, & Spiritus S. Math: 28.

Omnia in eo nomine faciendā per rectam intentionē,  
Nolite judicare. Luc: 6. vitantibus odia & iud. temer.

Dñi

## Dñica 2. post Pentecosten

Homo quidam fecit cœnam magnam, Luc: 14.

Hanc Christus facit in Eucharistia, & S. Communione

## Dñica 3. post Pentecosten

Gaudium erit in cœlo super uno peccatore, Luc: 15.

Penitentia, vnius animæ, recreat Angelum custodem

## Dñica 4. post Pentecosten

Duc in altum, Luc: 5.

Quomodo tendendum ad Perfectionem?

## Dñica 5. post Pentecosten

Qui irascitur fratri suo, reus est, Matth: 5.

Damna iracundiæ, & discordiarum

## Dñica 6. post Pentecosten

Unde illos quis poterit sic satirare paribus? Marc: 8.

In dubiis adhibendum Consilium, & Deo fidendum

## Dñica 7. post Pentecosten

A fructibus eorum cognosceis eos, Matth: 7.

Fructus sunt opera, & verba linguæ, ex quibus cognoscendum quibuscum societatem intrare debeamus

## Dñica 8. post Pentecosten

Diffamatus est, quasi dissipasset bona, Luc: 16.

Bona dissipat, qui abutiliter divitis, tempore, & consolatione

## Dñica 9. post Pentecosten

Videns Civitatem flevit super illam, Luc: 19.

Iusta lacrymarum causa in iustitia & discordia in Republica

## Dñica 10. post Pentecosten

In se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, Luc: 18.

Superbi, & temere iudicantes Deo, & hominibus doctores.

## Dñica 11. post Pentecosten

Adiuvant ei surdum & mutum, Marc: 7.

Surdus est qui inspirationibus Divinis, vel bonis resistit, & consiliis, minus, qui non orat, non confitetur, non corrigit,

& in loquendo personas acceptat.

517.

**Dñica 12. post Pentecosten**

Hic fac & viues. Luc: 10.

Charitas dei commendatur & dilectio proximi

**Dñica 13. post Pentecosten**

Ite, ostendite vos sacro libus. Luc: 17.

Docti consulendi, & peccatorum confessio rite peragenda

Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo. ibid.

Detestandum, & maxime noxium, Inrahi, huius vitium

**Dñica 14. post Pentecosten**

Nonne anima plus est, quam esca? Math: 6.

Gula & ebrietas maxime nocent Anima

**Dñica 15. post Pentecosten**

Noli flere. Luc: 7.

Temporalium amissio minime defenda, sola caelestium per-

ditib lacrymis signa

& dedit illum matri suae. ibid.

Deus filios concedit, ut a parentibus pie educantur

**Dñica 16. post Pentecosten**

Si licet sabbato curare? Luc: 14.

Dies festi, orationi cultui omne sanctorum dicandi

**Dñica 17. post Pentecosten**

Quid vobis videtur de Christo? Math: 22.

Christi perfectiones, & in nos beneficia expendenda, & inde

Amor, & gratitudo persequenda

**Dñica 18. post Pentecosten**

Hic blasphematur. Math: 9.

Blasphemia gravitas, & remedia proponantur

**Dñica 19. post Pentecosten**

Vidit hominem non vestitum veste nuptiali. Math: 22.

Quanta sint, parva digni, qui gratia spoliati, templa inarcentur,

& peccato inveniati ad Communionem succedunt

**Dñica 20. post Pentecosten**

Dñe, descende prius quam Imoriatur, Aluis meus. Joan: 4.

518. Ante mortem S. Eucharistia, & reliqua Sacramenta ex-  
petenda. **Dñicâ 21. post Pentecosten**

Redde quod debes. *Matth. 18.*

Qui iustitiam non exercet, strite à Deo iudicabitur.

Tradidit eum tortoribus, *ibid.*

Sic Deus peccatores miset in Infernum torquendos  
& debitorum dimisit et. *ibid.*

Sic & dilectio inimicorum, proponenda & suadenda.

**Dñicâ 22. post Pentecosten**

Cujus est imago hæc? *Matth. 22.*

Anima nostra imago Dei est, atque ut talis custodienda.

**Dñicâ 23. post Pentecosten**

Impone manum tuam super eam, & vivet. *Matth. 9.*

Exercenda misericordia erga defunctos, ut quanto citius ap-  
prehendant vitam æternam.

**Dñicâ ultimâ post Pentecosten**

Tunc apparebit signum filii hominis. *Matth. 24.*

In die iudicii vexillum Crucis, impendentibus terribile, iustis  
apparebit delectabile, illis puborem, his donabit victoriam.

Et ecce finem Bibliotheca nostra Concionatoriae,  
utique Parva, ac diminuta, sed ex eo nobis pusillis accom-  
modata, qui in magna conceptuum silva debitum non ob-  
tinere terminant. Faxit Deus, ut ex his paucis, non tam  
amplitude, quam ponderatione efficaces ornamus Exhorta-  
tiones, quibus in primis & nos, deinceps ipse Dominus decoret  
& alios, ad virtutes & omnem excelsam pietatem; ut impé-  
dientis vacillatam vanitatum ablati, excussa que vitiorum  
sarcinâ, sic mandatorum viam curramus, ut finem ulti-  
mum apprehendamus vitam æternam.

Die 28. Septembris. **FINIS** *anni 1734.*



## INDEX

Verborum, quibus Tituli  
insigniuntur

<b>A.</b>	
Abnegatio sui ipsius - - - - -	Paginâ 1.
Abstinentia - - - - -	3.
Acceptio personarum - - - - -	8.
Acedia - - - - -	9.
Adulatio - - - - -	13.
Adulterium - - - - -	15.
Æternitas - - - - -	17.
Ambitio - - - - -	19.
Amicitia - - - - -	23.
Amor sui - - - - -	26.
Angelus - - - - -	28.
Anima - - - - -	32.
Ascesis - - - - -	36.
Dubia & Facta Ascetica - - - - -	sequent:
Avaritia - - - - -	49.

**B.**

Bacchanalia - - - - -	52.
Baptismus - - - - -	55.

520

Beatitudo	58.
Blasphemia	62.
Charitas Dei	65.
Castitas	68.
Catechesis	72.
Christianus	80.
Christus	82.
Cognitio sui	86.
Communio	88.
Concionator	92.
Concupiscentia	95.
Confessio	97.
Confirmatio	101.
Conscientia	103.
Consilium	106.
Consolatio	108.
Consuetudo	110.
Contritio	112.
Cruz	114.

**D.**

Dæmon	118.
Desperatio	120.
Detractio	123.
Deus	128.
Dei Misericordia	131.
Dei Præsentia	134.
Dei	

Dei Providentia	136.
Dilectio Inimicorum	139.
Dilectio proximi	142.
Discordia	146.
Divitiæ	148.
Dubia Ascetica	154.

**E.**

Ebrietas	162.
Educatio	165.
Elementa	168.
Evagatio mentis	169.
Eucharistia	171.
Examen Conscientiæ	176.
Exemplum	178.

**F.**

Flamma	181.
Felicitas	183.
Fervor	185.
Fides	187.
Forma	191.
Fortitudo	192.

**G.**

Gaudium	195.
Græ	

522

Gratia	197.
Gratitudo	199.
Gula	202.

## H.

Aeresis	208.
Historia	268.
remissivè	497.
Homo	208.
Honor	211.
Humilitas	212.
Hyperdulia Mariana	217.
Marianus Cultus	} sequent.
Festa Mariana	
Hypocrisis	225.

## I.

infernus	227.
ingratitude	231.
intentio bona	233.
Invidia	236.
iracundia	240.
Judicium extremum	245.
	Jud=



*Judicium temerarium* - - - - - 248.

*Juramentum* - - - - - 251.

*Justitia* - - - - - 253.

**L.**

*Labor* - - - - - 256.

*Lacrymæ* - - - - - 259.

*Laus* - - - - - 261.

*lectio spiritualis* - - - - - 263.

*Liberalitas* - - - - - 265.

*Lingua* - - - - - 267.

*Ludus* - - - - - 271.

*Luxuria* - - - - - 273.

**M.**

*Magia* - - - - - 278.

*Mansuetudo* - - - - - 281.

*Martyrium* - - - - - 284.

*Matrimonium* - - - - - 287.

*Mendacium* - - - - - 291.

Mini-

Minimorum cura	294.
Misericordia erga vivos	297.
Misericordia erga Defunctos	302.
Modestia	305.
Mors	308.
Mortificatio	313.
Mulier	316.
Mandus	319.
<b>N.</b>	
Nobilitas	324.
<b>O.</b>	
Obedientia	322.
Oculorum custodia	326.
Odium	329.
Opus bonum	331.
Oratio	333.
Orbis	338.
Otinum	338.
<b>P.</b>	
Passio Christi Anz	340.

<i>Patientia</i>	345.
<i>Paupertas</i>	350.
<i>Pax</i>	354.
<i>Peccatum</i>	356.
<i>Perfectio Christiana</i>	361.
<i>Perseverantia</i>	363.
<i>Pietas erga Parentes</i>	366.
<i>Penitentia</i>	368.
<i>Procrastinatio penitentiae</i>	372.
<i>Prudentia</i>	375.
<i>Purgatorium</i>	378.
<b>R.</b>	
<i>Religionis status</i>	382.
<i>Resignatio in Divinam voluntatem</i>	387.
<i>Respublica</i>	391.
<i>Resurrectio</i>	395.
<b>S.</b>	
<i>Sacerdos</i>	397.

Sacrificii Missæ oblatio	402.
Sanctorum Cultus & Festa	403.
Sanitas	411.
Scandalum	413.
Societas	416.
Solatia spiritualia	420.
Spes, & Fiducia in Deum	427.
Spiritus Sanctus	430.
Superbia	433.
Superstitio	437.

**T.**

Taciturnitas	440.
Templum	443.
Tempus	446.
Tentatio	449.
Theologia	453.
Timor Dei	459.
Tristitia	463.



## V.

Vana gloria	465.
Verbum Dei	462.
Virtus	474.
Unctio extrema	477.
Vocatio ad vitæ statum	478.
Voluntas propria	481.
Voluptas	484.
Votum	487.
Vulnera Christi	489.

## Z.

Zelus	492.
-------	------



Appendix de Historia	497.
Indiculus Concionatorius in Evangelia Domi- nicarum & Festorum	504.

Sufficere vides est horum index Verborum, sub qui-  
bus res affinis Nominibus exprimi solitas  
facile erit reperire.

Ad majorem Dei gloriam

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and bleed-through.

Index

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and bleed-through.














192

No

Caja

C-50